μίξιν. ΠΡΩ. πῶς—λέγεις; ΣΩΚ. πάντες—] Vulgo personarum vices ita instituuntur: τοῦτο τοίνυν—ὄψεσθαι μίξιν. ΠΡΩ. Πῶς οὖν τέμνωμεν δίχα λέγεις; ΣΩΚ. Ναί. πάντες ὁπόσοι κ. τ. λ. Verum ita haud perspicias, quid sibi velit Protarchus verbis πῶς οὖν τέμνωμεν aut quo pertineat Socratis responsio Ναί. Itaque Heusdius p. 103. verba ita distinxit:—μίξιν· πῶς οὖν τέμνωμεν δίχα λέγεις: ΠΡΩ. Ναί. Πάντες ὁπόσοι κ. τ. λ. Eamque rationem in Aldina jam exstare video. Verum ita offendit responsio Protarchi ναί, quam frigidi quid et inepti habere Platonis lectores etiam non moniti sentient. Schleiermacher, servata vulgari distinctione, correxit: πῶς οὖν τέμνωμεν δίχα, λέγοις ἄν; ut ναί ex ἂν enatum existimaretur. Hoc recepturus fuissem, nisi vidissem in Bekk. nihil nisi ναί deleri. Quam rationem, utpote longe lenissimam, sequi satius duxi. Quanquam frequenter occurrit illa loquendi forma, qua is, qui orantis partes suscepit, sibi ipse objicit, quod ab altero objectum iri animo prævidet. Phædr. p. 237. D. Ὅτι μὲν οὖν δὴ ἐπιθυμία τις ὁ ἔρως, ἅπαντι δῆλον· ὅτι δὲ καὶ μὴ ἐρῶντες ἐπιθυμοῦσι τῶν καλῶν, ἴσμεν. Τῷ δὴ τὸν ἐρῶντά τε καὶ μὴ κρινοῦμεν; Δεῖ δὲ νοῆσαι, ὅτι ἡμῶν ἐν ἑκάστῳ δύο

ἑαυτῶν ἀνοήτως δοξάζουσι, καθά τις ἁπάντων ἀνθρώπων, καὶ τούτων[3] ἀναγκαιότατον ἔπισθαι τοῖς μὲν ῥώμην αὐτῶν καὶ δύναμιν, τοῖς δέ, οἶμαι,[4] τοὐναντίον.

ΠΡΩ. Ἀνάγκη.

§. 110. ΣΩ. Ταύτῃ τοίνυν[u] δίελε,[v] καὶ ὅσοι μὲν αὐτῶν εἰσὶ μετ' ἀσθενείας τοιοῦτοι[w] καὶ ἀδύνατοι καταγελώμενοι τιμωρεῖσθαι, γελοίους τούτους φάσκων εἶναι τἀληθῆ φλέγξει· τοὺς δὲ δυνατοὺς τιμωρεῖσθαι φοβεροὺς καὶ ἰσχυροὺς καὶ II. iii. 215.
ἐχθροὺς[x] προσαγορεύων ὀρθότατον τούτων[y] σαυτῷ λόγον ἀποδώσεις. ἄγνοια[z] γὰρ ἡ μὲν τῶν ἰσχυρῶν ἐχθρά τε καὶ αἰσχρά· βλαβερὰ γὰρ καὶ τοῖς πέλας αὐτή τε καὶ ὅσαι

Γ.—[3] τούτων F, τοῦτον Χ.—[4] οἶμαι om. Σ.—[u] ταύτῃ τοίνυν Π, τοίνυν ταύτῃ Γ.—[v] δίελαι. Λ.—[w] τοιοῦτοι om. Γ.—[x] καὶ ἐχθροὺς om. Σκ.—[y] τούτων ΑΔΠ, τοῦτον

τινι κ. τ. λ. ubi Heind. hanc in rem laudat de Legg. i. p. 630. B. iii. p. 701. C. Gorg. p. 453. C. Inde emendandus locus Politici §. 8. Τοῦ δὲ ἕνεκα νῦν πάντα ἠρώτησα ταῦτα; Διότι τῆς τῶν ἀγελαίων τροφῆς ἔστι μὲν ὑγρόν, ἔστι δὲ καὶ ξηροβατικόν. ubi vulgo τοῖδε ἕνεκα τι πάντα etc. Ceterum ἄτοπον μίξιν intelligas *mirabilem*, παράδοξον. Phaedon. p. 60. B. ὡς ἄτοπον ἔοικέ τι εἶναι τοῦτο, ὃ καλοῦσιν οἱ ἄνθρωποι ἡδύ. Criton. p. 44. B. ὡς ἄτοπον τὸ ἐνύπνιον. de Republ. vii. p. 515. Sed frequens hic usus in scriptis Atticorum. cfr. Hemsterh. ad Thom. Mag. p. 121. Stall.

πῶς οὖν τιμώμεν] Cornar. conj. πᾶσιν. At Ficinus quoque vertit, *Si quis ergo afflictionem illam omne malum quoddam vocarit* ... Scribet πᾶν est *verum*, non *omne*. Potuerit tamen aliquid Cornarii coniecturae accedit eo, quod paulo post Socrates dicit, οὐκοῦν τὴν ἄγνοιαν εἴπομεν ὅτι κακὸν πᾶσιν. Ficin.

§. 110. αἰσχρόν] Vulgo legitur ἰσχυρόν. Quod stare non posse evincunt sequentia ἐχθρά τε καὶ αἰσχρά. Etenim quominus illa vincere putemus, haec autem cum Heindio in ἐχθρά τε καὶ ἰσχυρὰ mutanda censeamus, hoc impedit, quod mox dicitur fieri ἡ ἄγνοια τῶν ἰσχυρῶν (ἔστιν) ἐχθρά τε καὶ ἰσχυρά. Quocirca sententiam puto Schützii emendationem φοβερόν καὶ αἰσχρόν καὶ ἐχθρόν. 'Nam,' inquit ille, 'impotentium hominum vitia, qui si forte rideantur, deridentes nocere non possunt, ridicula merito habentur; potentes autem homines, qui inimicorum petulantiam punire possunt (δυνατοὺς τιμωρεῖσθαι), terribiles potius, turpes et inimici, quam ridiculi censendi sunt.' Confirmant hanc interpretationem, quae mox sequuntur: γελοῖα μὲν, ὁπόσα ἀσθενῆ, μισητὰ δ', ὁπόσα ἐβρωμένα, unde quo sensu ignorantia αἰσχρὰ dicatur, ex parte saltem intelligitur. Cfr. Sophist. p. 228. E. Stall.

τοῦτο σεαυτῷ λόγον ἀποδώσεις] In aprico est, pro lectione vulgata scribi debuisse τούτων λόγον ἀποδώσεις, quod e Bas. 2. restitui. Sophist. p. 230. A. Τὸ δέ γε, ὅτι εἴρασί τινες αὖ, λόγον ἑαυτοῖς δώσειν, ἡγήσασθαι, πᾶσαν ἀκούσιον ἁμαθίαν. ubi Heind. aliquot similia loca citavit. Ceterum etiam hic pro ἄγνοια legitur in Ald. Bas. 1. 2. ἄνοια. Stall.

ἄγνοια] Stall. 'In prae. edd. ἄνοια, itidemque aliquanto post, ἄνοιαν bis pro ἄγνοιαν. Supra autem in iisdem edit. κακὸν μὲν ἀνία· ubi ἄγνοια primum in ἄνοια mutatum, deinde in ἀνία fuit depravatum. Nam et Ficinus ubique lectionem, quam hic est, sequitur.' Recte. In Ald. Bas. 1. 2. est hoc loco ἄνοια· sed superiore Ald. et Bas. 1. ἀνία, non ἀνία, et Bas. 2. ἄνοια. Ficin.

αἰσχρά] Displicet αἰσχρά. Pariter enim imbecillum ignorantia αἰσχρὰ dici potest. Substituenda videtur ἰσχυρά. Ceterum haud scio, an male scribas: βλαβερὰ γὰρ ἑαυτοῖς καὶ τοῖς πέλας, αὐτή τε καὶ ὅσαι εἰσίν γ' αὐτῇ εἶσιν. *Potentium hominum ignorantia inficeta et calida* (nostis enim est et ipsa ei quali-

εἰκόνες αὐτῆς[a] εἰσίν· ἡ δ' ἀσθενὴς ἡμῖν τὴν[b] τῶν γελοίων εἴληχε τάξιν τε καὶ φύσιν.[c]

ΠΡΩ. Ὀρθότατα λέγεις. ἀλλὰ γὰρ ἡ τῶν ἡδονῶν καὶ λυπῶν μίξις ἐν τούτοις οὔ πω[d] μοι καταφανής.

ΣΩ. Τὴν τοίνυν τοῦ φθόνου λαβὲ δύναμιν[e] πρῶτον.

ΠΡΩ. Λέγε μόνον.

ΣΩ. Λύπη τις ἄδικός ἐστί που[f] καὶ ἡδονή;

ΠΡΩ. Τοῦτο μὲν ἀνάγκη.

ΣΩ. Οὐκοῦν ἐπὶ μὲν τοῖς τῶν ἐχθρῶν κακοῖς οὔτ' ἄδικον οὔτε φθονερόν ἐστι τὸ χαίρειν;

ΠΡΩ. Τί μήν;

ΣΩ. Τὰ δέ[g] γε τῶν φίλων ὁρῶντας ἔστιν ὅτε κακὰ μὴ λυπεῖσθαι, χαίρειν δὲ ἆρ'[h] οὐκ ἄδικόν[i] ἐστιν;

ΠΡΩ. Πῶς δ' οὔ;

§. 111. ΣΩ. Οὐκοῦν τὴν ἄγνοιαν[j] εἴπομεν[k] ὅτι κακὸν πᾶσιν;

ΠΡΩ. Ὀρθῶς.

ΣΩ. Τὴν[l] οὖν τῶν φίλων δοξοσοφίαν καὶ δοξοκαλίαν καὶ

ceteri : τοῦτο τ.—[a] ἄνοι Π, ἄνοια ceteri.—[b] αὐτῆς ΧΔΠ : ταύτης °τ.—[b] τὴν om F.—[c] εἴληχε τάξιν γε καὶ φύσιν ΧΔΠ : εἴληχε φύσιν °τ.—[d] πῶ ΧΠ.—[e] δύναμιν λάβε Ετ.—[f] που add ΧΔΠ.—[g] δέ om Fτ.—[h] ἆμα Π.—[i] ἄδικος F.—[j] ἄνοιαν mei

*quot ejus sunt simulacra cum sibimet ipsis, tum proximis omnibus) imbecillium autem ignorantia ridicula est ac nullius momenti.* Heusd.

αὐτή τε καὶ ὅσαι] Dedi pro vulg. αὕτη τε καὶ ὅσαι, quod jam Heusdius damnavit, re ipsa jubente. Deinde ante Bekk. εἰκόνες ταύτης.—Quod ante καὶ τοῖς πέλας Heusdius ἑαυτοῖς inferendum arbitratur, id non necessarium. Hoc dicit Plato: *inimica est et turpis potentium ignorantia, quia etiam proximis nocet.* Stalb.

ἡ δ' ἀσθενὴς] I. q. ἡ δὲ τῶν ἀσθενῶν. Verba τάξιν τε καὶ Bekkerianæ edit. debentur. Vulgo desunt. Stalb.

ἐπὶ—τοῖς τῶν ἐχθρῶν κακοῖς—χαίρειν] De sententia cfr. Archiloch. apud Theophil. ad Autolyc. ii. 37. ἐν δ' ἐπίσταμαι μέγα, Τὸν κακῶς τι δρῶντα δεινοῖς ἀνταμείβεσθαι κακοῖς. Menon. p. 71. E. ἀρετὴν τὸ ἱκανὸν εἶναι τὰ τῆς πόλεως πράττειν καὶ πράττοντα τοὺς μὲν φίλους εὖ ποιεῖν, τοὺς δ' ἐχθροὺς κακῶς. de Republ. i. p. 332. Ἡ οὖν δὴ τίσι τί ἀποδιδοῦσα τέχνη δικαιοσύνη ἂν καλοῖτο; Εἰ μέν, ἔφη, δεῖ ἀκολουθεῖν, ὃ Σώκρατες, τοῖς ἔμπροσθεν εἰρημένοις, ἡ τοῖς φίλοις τε καὶ ἐχθροῖς ὠφελείας τε καὶ βλάβας ἀποδιδοῦσα. Τὸ τοὺς φίλους ἄρα εὖ ποιεῖν καὶ τοὺς ἐχθροὺς κακῶς δικαιοσύνην λέγει. cfr. Xenoph. Anab. i. 9. 11. ubi inter alias Cyri laudes etiam hoc memoratur: φανερὸς δ' ἦν, καὶ εἴ τίς τι ἀγαθὸν ἢ κακὸν ποιήσειεν αὐτὸν, νικᾷν πειρώμενος. Stalb.

τὰ δέ γε τῶν φίλων] Cum Bekk. reposui pro τά γε τῶν φίλων, quod in rell. editt. legitur. Nam opponuntur hæc prægressis ἐπὶ μὲν τοῖς τῶν ἐχθρῶν κακοῖς. De hoc vocalium usu jam supra monui. Stalb.

§. 111. τὴν οὖν τῶν φίλων] Vulgo τί οὖν; τῶν φίλων, quod non tolerandum. Τὴν οὖν τ. φ. δ. e Bas. 2. restitui. Etiam Ficinus: *amicorum igitur arrogantiam.* Stalb.

ὅσα νῦν δὴ[m] διήλθομεν, ἐν τρισὶ λέγοντες εἴδεσι γίγνεσθαι, γελοῖα μὲν ὁπόσ'[n] ἀσθενῆ, μισητὰ δ' ὁπόσα ἐρρωμένα; ἢ μὴ[o] φῶμεν ὃ περ εἴπον ἄρτι, τὴν τῶν φίλων ἕξιν ταύτην ὅταν ἔχῃ τις τὴν ἀβλαβῆ τοῖς ἄλλοις, γελοίαν εἶναι; II. iii. 216.

ΠΡΩ. Πάνυ γε.

ΣΩ. Κακὸν[p] δὲ οὐχ ὁμολογοῦμεν αὐτήν, ἄγνοιάν[q] γε[r] οὖσαν, εἶναι;[s]

ΠΡΩ. Σφόδρα γε.

ΣΩ. Χαίρομεν δὲ ἢ λυπούμεθα, ὅταν ἐπ' αὐτῇ γελῶμεν; II. 50.

ΠΡΩ. Δῆλον ὅτι χαίρομεν.

ΣΩ. Ἡδονὴν δὲ ἐπὶ τοῖς τῶν φίλων κακοῖς, οὐ φθόνον ἔφαμεν εἶναι τὸν τοῦτ'[t] ἀπεργαζόμενον;

§. 112. ΠΡΩ. Ἀνάγκη.

ΣΩ. Γελῶντας ἄρα ἡμᾶς ἐπὶ τοῖς τῶν φίλων γελοίοις φησὶν ὁ λόγος, κεραννύντας ἡδονὴν[u] φθόνῳ,[v] λύπῃ[w] τὴν ἡδονὴν ξυγκεραννύναι·[x] τὸν γὰρ φθόνον ὡμολογῆσθαι λύπην τῆς[y] ψυχῆς[z] ἡμῖν πάλαι, τὸ δὲ γελᾶν ἡδονήν, ἅμα δὲ γίγνεσθαι[a] τοῦτο ἐν τούτοις τοῖς[b] χρόνοις.

---

omnes.—[k] εἶπαμεν Λ.—[l] τί τ.—[m] δὴ add ΧΔΠ.—[n] ὁπόσ' Γ. sequebatur μὴ: id omisit cum ΑΓΔΠ.—[o] ἡμῖν F. φῶμεν ἢ μὴ corr Σ.—[p] κακὸν...γε om pr ΞΕF.—[q] ἄνοιαν mei omnes.—[r] γε om Π et pr Δ.—[s] εἶναι add ΧΓΔΠΣ'Fic.—[t] τοῦτ' Fic.—[u] ἡδονὴν αὖ ΧΠ.—[v] φθόνῳ λύτῃ τὴν ἡδονὴν in mg ponit Δ.—[w] λύπην F.—[x] κεραννύναι Λ.—[y] τῆς add ΧΔΠ.—[z] ψυχὴν H.—[a] γίγνεσθαι δὲ ΧΔΠ.—[b] τοῖς om

ὅσα νῦν δὴ διήλθ.] E Bekk. sumsi. Cetera edidi. omittunt δή. Ex eadem repetit sequens ὁπόσα ἐρρωμένα, pro quo vulgo possumus: μισητὰ δέ, ὁπόσ' ἂν μὴ ἐρρωμένα. Sydenhamus et Schleiermach. tentarunt: ὁπόσ' ἂν β ἐρρωμένα. Non male, quamquam recepta scriptura utique praeferenda. Intelligitur autem virtutis simulatio et arrogantia. Stalb.

ἐν τρισὶν εἴδεσι] Sc. χρήμασι, ἀλλοι et ἐρωτῇ. — γελοῖα μὲν κ. εἶπαμεν Stalb.

ὁπόσα μή] Steph. 'Legit et Ficinus ὁπόσα β ἐρρωμένα.' recte. Vertit enim, odiosa vero, quum valida. Et veritatem hujus lectionis res ipsa satis demonstrat. Fischer.

ἕξιν ταύτην ὅταν ἔχῃ τις] H. e. ὅταν τις τῶν φίλων ἔχῃ ταύτην τὴν ἕξιν (τὴν δοξοσοφίαν καὶ δοξοσαλίαν κ. τ. λ.) ἥτις ἐστὶν ἀβλαβὴς τοῖς ἄλλοις. Mox post ἄγνοιάν γε οὖσαν Bekk. addit εἶναι, quo orationem carere malim. Pro ἡδονὴν δὲ ἐπὶ τοῖς Bas. 2. ἡδονὴν ἐπὶ τοῖς. Male. Reposui autem spernte φαμὲν pro ἔφαμεν, quod propter sequens ἀνάγκη non diutius ferendum fuit. Stalb.

§. 112. ἡδονὴν φθόνῳ] Fuit quum scribi mallem κεράσαντας γέλωτα φθόνῳ. Nam in sequ. primo docetur, cur φθόνος sit λύπη κ. deinde cur τὸ γελᾶν ἡδονή. Pendet nunc hujus consilii. Nisi vulgata sinceritas, quum tuta notio jam participio γελάσαντας continuatur. Stalb.

ἐν τοῖς αὐτοῖς χρόνοις] Quod ante aliquot annos correxi, pro vulgata lectione ἐν τούτοις τοῖς χρόνοις, id hodieque adeo certum puto, ut id in textum recipere non erubuerim. Stalb.

ΠΡΩ. Ἀληθῆ.

ΣΩ. Μηνύει δή[c] νῦν ὁ λόγος ἡμῖν ἐν θρήνοις τε[d] καὶ ἐν τραγῳδίαις, μὴ τοῖς δράμασι μόνον ἀλλὰ καὶ[e] τῇ τοῦ βίου ξυμπάσῃ τραγῳδίᾳ καὶ κωμῳδίᾳ, λύπας ἡδοναῖς[f] ἅμα κεράννυσθαι, καὶ ἐν ἄλλοις δὴ μυρίοις.

ΠΡΩ. Ἀδύνατον μὴ[g] ὁμολογεῖν ταῦτ', ὦ Σώκρατες, εἰ καί τις[h] φιλονεικοῖ[i] πάνυ[j] πρὸς τἀναντία.

ii. iii. 217. §. 113. ΣΩ. Ὀργὴν μήν[k] καὶ πόθον καὶ θρῆνον καὶ φόβον καὶ ἔρωτα καὶ ζῆλον καὶ φθόνον προὐθέμεθα καὶ ὁπόσα τοιαῦτα, ἐν οἷς ἔφαμεν[l] εὑρήσειν μιγνύμενα τὰ νῦν πολλάκις λεγόμενα. ἦ γάρ;

ΠΡΩ. Ναί.

pr Ξ.—[c] δὴ ΥΓΑΛΠΣΒCΗω : δὲ [e]ς.—[d] τε om Π.—[e] καὶ post ἀλλὰ om ΥΔΠ. —[f] ἡδυνὰς ΓΛΕΗω. —[g] μὲν ω. ταῦτ' Γ.—[h] τι Π.—[i] φιλονεικεῖ Λ.—[j] πάντη kFs. —[k] μὴν om Η.—[l] φαμὲν ΥΠ et pr Δ.—[m] πάνυ Γ.—[n] διαπεραθέντα Σ.—[o] με om

μηνύει δὴ νῦν] Sponte dedi; vulgo μηνύει δὲ νῦν ὁ λόγος contra disputationis seriem. Δὴ etiam Bekker. Comparatur autem vita humana comœdiæ atque tragœdiæ, quatenus dolorum et voluptatum perpetua vicissitudo in ea obtinet. Hinc judicabis quæ scripsit ad hunc locum Huelsemannus: '*Ob Socrates sich ernstlich das Leben als ein solches wandelbares Drama gedacht habe, ist zu bezweifeln. Dass die alte Welt es oft so dachte, lehrt die Geschichte des sterbenden Augustus. Socrates hatte zu hohe Begriffe von Unsterblichkeit, als den Menschen blos seine Rolle auf Erden spielen zu lassen.*' Vellem alia attendisset vir doctus. Nam locus fœdissima macula conspersus egregie sordet. Scilicet quomodo tandem ἐν θρήνοις τε καὶ ἐν τραγῳδίαις dici potuit, quum θρῆνοι et τραγῳδίαι sibi opponi nequeant, sed idem potius significent? Fieri autem oppositionem, quum e sequenti τῇ τοῦ βίου ξυμπάσῃ τραγῳδίᾳ καὶ κωμῳδίᾳ tum ex iterata præpositione ἐν intelligitur. Scilicet ubi per particulas τε καὶ oppositæ notiones copulantur, præpositio, si qua requiritur, plerumque ante alterum verbum iteratur, sæpe etiam omittitur; nunquam autem ea dupliciter ponitur, ubi nulla contraria ratio, sed similitudo tantum aliqua duarum notionum innuitur. Illud quum multis probari possit exemplis cfr. de Republ. v. init. Xenoph. Cyrop. ii. 1. 5. Anab. i. 4. 6. Hellen. i. 1. 3. i. 4. 9. hoc propterea non potest, quia nequam ita dici a me negatur. Nihilominus certa est hæc observatio et causis utitur satis idoneis. At possit aliquis ἐν delendum censere. Ac ne ego quidem repugnarem, si ita loco integritas sua constaret. Nunc vero ipsa disputationis series labem potius in voc. τραγῳδίαις insedisse satis apertum reddit. Etenim Socrates, nonnisi paucis de voluptate et dolore in tragœdiarum spectatoribus mixto præmissis, in comœdia quoque talem diversorum et contrariorum sensuum mixtionem fieri solere ostenderat. Num igitur hoc loco nonnisi threnos ac tragœdias commemorabit, comœdiarum mentionem omittet? Minime vero! Ineptus enim foret, si ita loqueretur. Non dubium est, quin καὶ ἐν κωμῳδίαις corrigi debeat. Stalb.

ἀδύνατον μὴ ὁμολογεῖν ταῦτα] Ne quis corrigat, μὴ οὐχ ὁμολογεῖν ταῦτα, quantum inter utrumque intersit, docuit Hermann. ad Viger. p. 798. Stalb.

πάντη] Steph. 'γρ. πάνυ.' Nempe in Bas. 2. At πάντη haud dubie verum est, quum verbo φιλονεικοῦ accommodatius sit. Ficinus, *et iamsi quis alteri parti potissimum adstipularetur.* Hesych. Πάντη· πάντως, πανταχοῦ, πάντοθεν. Fisch.

πάντη] Bas. 2. et Bekk. πάνυ, quod minus placet. Πάντη respondet nostro: *schlechterdings*, ut passim. Stalb.

ΣΩ. Μανθάνομεν οὖν ὅτι λύπην πίμπλησι καὶ φθόνου καὶ ὀργῆς πάντ'[m] ἐστὶ τὰ νῦν δὴ διατιθέμενα;[n]

ΠΡΩ. Πῶς γὰρ οὐ μανθάνομεν;

§. 114. ΣΩ. Οὐκοῦν πολλὰ ἔτι τὰ λοιπά;

ΠΡΩ. Καὶ πάνυ γε.

ΣΩ. Διὰ δὴ τί μάλισθ' ὑπολαμβάνεις με[o] δεῖξαί σοι τὴν ἐν τῇ κωμῳδίᾳ μίξιν; ἆρ' οὐ πίστεως χάριν ὅτι τήν γε ἐν τοῖς φοβοις καὶ ἔρωσι καὶ τοῖς ἄλλοις[p] ῥᾴδιον κρᾶσιν ἐπιδεῖξαι; λαβόντα δὲ τοῦτο παρὰ σαυτῷ[q] ἀφεῖναί με μηκέτι ἐπ' ἐκεῖνα ἰόντα[r] δεῖν μηκύνειν τοὺς λόγους, ἀλλ'

[m] καὶ τῶν ἄλλων om ΣΡ.—[n] ταυτῷ ΧΔ, ταυτὸ Π.—[o] ἰόντα Π.—[p] κεν Γ.—

§. 113. *μανθάνομεν*] Steph. 'For. *μανθάνωμεν*, vel *μανθάνωμεν*. Præcedentia autem interrogativa legit et Ficinus.' Recte. verbi enim, *Num videmus, quod de lamentationibus, ira, atque invidia, omnia jam sunt nobis confecta?* Prot. *Quidni videamus!* Ficin.

*μανθάνωμεν*] Minor Stephanum peccantem. Nam optativus particula ἄν carere non potest; *μανθάνωμεν* autem nemineni puto dubiorum esse, qui horum locorum meminerit. Euthyphr. §. 2. *μανθάνω, ὦ Σώκρατες, ὅτι δὴ σὺ τὸ δαιμόνιόν φὴς σαυτῷ ἐκάστοτε γίγνεσθαι.* Aristoph. Av. 1004. *μανθάνει*; ΠΕΙΣΘ. *οὐ μανθάνω.* Sed satis frequens est verbi cum *intelligendi* significatione positi, Stallb.

§. 114. *ἀφεῖναι*] Ficinus locum vertit, ac si ἀφεῖναι pro imperativo positum esset, more Atticis scriptoribus satis usitato, cfr. Kuhn. ad Gregor. p. 149. Hemsterhus. ad Aristoph. Plut. 196. Schæfer ad Lamb. Bos. p. 501. Mehl. Crit. p. 89. Heind. ad Lys. p. 21. ad Phædr. p. 353. Ast. ad Legg. i. §. 11. ad Polit. vi. §. 18. Hermann. ad Viger. p. 745. Verum non profunda interpretis ratio, ut quæ grammaticæ præceptis adversetur. Scilicet in ista formula si adjectivum aut substantivum ad eum refertur, qui orator, nominativo opus est, sin ad orationem aut ad eum, pro quo preces fiunt, accusativo. Homer. Odyss. Δ. 408. *σὺ δ' ἀν αρίστευες ἀνδρῶν Τρώων, οἵ τοι παρὰ νηυσὶ διεσταμεν ἄρματα.* Il. Υ. 338. *Θησεύς δὴ ἔνιπα μετὰ πρώτοισι μάχεσθαι.* Pind. Pyth. i. 80. *Μηλέ τοι ἀμφιστεπτὰ πόλεμος μεγίνει*, ut est in cod. Vat. Supp. Pyth. 1076. *Τρώς δ', ὅταν καλάμου, δρυάδεσσι ταχεῖς*, ubi male scripseris ὁμᾶς. Contra Æsch. Suppl. [imm. S. c. Th.] 255. *Θεοὶ πολῖται, μή με δουλείας τυχεῖν πρέπει εσσει μὴ ἐγὼ δουλείας τυχεῖν.* Unde si vera esset Ficini interpretatio, oratio ita conformari deberet: *λαβόντα δὲ τοῦτο παρὰ σαυτῷ ἀφεῖναί με.* At vero nulla opus est mutatione. Etenim conjunguntur hic duæ diversæ constructiones, quum post ἆρ' οὐ πίστεως χάριν primum ὅτι, ac deinde accusativus cum infinitivo inferatur, ita quidem, ut ad λαβόντα e contextu σὲ intelligendum sit; Matth. Gr. Gr. §. 538. Itaque locum sic interpretor: *nonne quamiam mihi persuasum habebam, meritorum illum in metu, amore, ceteris, fieri solitum, facile posse declarari, minus facile autem in comœdia; quoniam operæpium, te his consideratis non postulaturum esse, ut hæc longius persequerer?* Quod autem post πίστεως χάριν infinitivi ἀφεῖναι et λαβεῖν sequuntur, sæpe verbis *operandi, dicendi, putandi* aoristi infinitivi subjiciuntur, si quid significatur, quod aut continuo incipit, aut statim exercitum esse cogitatur, idemque tam certum videtur, ut jam factum fingi et dici queat. Phædon. p. 67. B. *πολλὴ ἀνάγκη ἀφικνεῖσθαι, οἱ ἐγὼ παρείναι, ἐκεῖ ἱκανῶς, εἴπερ που ἄλλοθι, κτήσασθαι τοῦτο, οὗ ἕνεκα ἡ πολλὴ πραγματεία ἦμῖν ἐν τῷ παρελθόντι βίῳ γέγονεν.* ubi Heind. plura exempla laudavit. Adde quæ adnotarunt Ast. ad Rempubl. iv. §. 2. Wunderlich in Observat. Crit. ad Æschyl. p. 177. et Proleg. ad Demosth. de Corona p. xv. Schæfer. ad Theocrit. Idyll. xxvii. 60. ad Longi Pastor. p. 372. et p. 466. ut alios taceam. Denique de verbis ἀφεῖναί με μηκέτι — δεῖν μηκύνειν τοὺς λόγους cfr. ad de Republ. v. p. 451. B *ἀφεῖμεν σε δίκην*

ἁπλῶς λαβεῖν τοῦτο, ὅτι καὶ σῶμα ἄνευ ψυχῆς καὶ ψυχὴ ἄνευ σώματος καὶ κοινῇ[a] μετ' ἀλλήλων ἐν τοῖς παθήμασι μεστά ἐστι συγκεκραμένης[t] ἡδονῆς λύπαις; νῦν οὖν λέγε, πότερα ἀφίης[u] με ἢ μίσας ποιήσεις νύκτας; εἰπὼν δὲ σμικρὰ οἶμαί σου τεύξεσθαι μεθείναί με· τούτων γὰρ
11. iii. 218. ἁπάντων αὖριον ἐθελήσω σοι λόγον δοῦναι, τὰ νῦν δὲ ἐπὶ τὰ λοιπὰ βούλομαι[v] στέλλεσθαι πρὸς τὴν κρίσιν ἣν Φίληβος ἐπιτάττει.

ΠΡΩ. Καλῶς εἶπες, ὦ Σώκρατες· ἀλλ' ὅσα λοιπὰ ἡμῖν,[w] διέξελθε[x] ὅπῃ σοι φίλον.

§. 31. F. ΣΩ. Κατὰ φύσιν τοίνυν μετὰ τὰς μιχθείσας[y] ἡδονὰς ὑπὸ[z] δή τινος ἀνάγκης ἐπὶ τὰς ἀμίκτους πορευοίμεθ' ἂν ἐν τῷ μέρει.

[t] συγκεκερασμένης Γ, συγκεραμένης ω.—[u] ἀφείης ΑΠ.—[v] βούλομαι ΑΓΔΞΠΣΗω: βουλεύομαι Ρ Σ.—[w] ἡμῖν λοιπὰ ΞΥ.—[x] ἐξελθε Λ.—[y] λεχθείσας Π.—[z] μετὰ Γ.—[a] δὲ

φόνου καθαρὸν εἶναι καὶ μὴ ἀπατεῶνα. de Legg. i. p. 635. A. αὐτοὶ δ' ἕνεκα γήρως ἀφείμεθ', ὑπὸ τοῦ νομοθέτου—μηδὲν ἂν πλημμελεῖν. Stalb.

§. 114. ὅτι καὶ σῶμα ἄνευ ψυχῆς κ. τ. λ.] Laudantur hæc a Stobæo in Ecl. Phys. p. 90. Ibi vitiose μεστὰ pro μετὰ legitur. Stalb.

ἢ μίσας ποιήσεις νύκτας] Lucillius in Jacobsii Antholog. Palat. t. ii. p. 346. nr. 85. Νύκτα μέσην ἐποίησε τρέχων ποτὲ Μάρκος ὁπλίτης. Fallitur igitur Schæferus ad Lambert. Bos. p. 403. μέσην νύκτα ποιεῖν proprium putans citeriuris Græcitatis. Eodem modo falluntur, qui, ut Schæferus l. c. et Jacobs ad Anthol. Pal. t. iii. p. 710. ποιεῖν χρόνον nonnisi serioribus usitatum esse putant. Demosth. p. 392. 18. οὐκ ἀνέμειναν τὸν κήρυκα οὐδ' ἐποίησαν χρόνον οὐδένα, quem locum in mente habuit Valckenar. in Schol. in N. T. t. i. p. 530. cfr. Orelli ad Epist. l. Socrat. p. 116. Ceterum νύκτες in plurali numero *horas nocturnas* significat. Sympos. p. 217. D. διελεγόμην πόρρω τῶν νυκτῶν. Xenoph. Cyrop. iv. 5. 13. καὶ οὕτω δὴ ἀφικνοῦνται—περὶ μέσας πως νύκτας. Stalb.

βούλομαι] Recte Heusdius hoc etiam loco βούλομαι pro βουλεύομαι reponendum vidit, de quorum verborum confusione jam supra monui. Stalb.

ἐπὶ τὰ λοιπὰ στέλλεσθαι] Dictum, ut paullo ante ἐπ' ἐκεῖνα ἰέναι. Sophist. p. 330. Λ. Καὶ γάρ τοι ταύτης τῆς δόξης ἐπὶ ἐκβολὴν ἄλλῳ τρόπῳ στέλλονται. Disputatio interdum navigationi comparatur, ut jam supra vidimus. Nam στέλλεσθαι proprie de *maritimo itinere* usurpatur. Grammaticus Ms. apud Creuzerum ad Plotin. de Pulchritud. p. 356. Τὸ πεζεύειν ἐπὶ ξηρᾶς λέγεται καὶ ἐπὶ θαλάττης· οἷον πεζεύοντι τὴν θάλατταν Ποσειδῶνι· τὸ στέλλεσθαι δὲ ἐπὶ πλοίου· οἷον ἐστείλατο τόνδε τὸν πλοῦν. cfr. Etymol. M. p. 728. 13. Hesych. ii. 1261. Suid. t. iii. p. 378. Wessel. ad Herod. i. 21. Stalb.

ἣν Φίληβος ἐπιτάττει] Sophist. p. 226. C. ταχείαν, ὡς ἐμοί, σκέψιν ἐπιτάττεις. Tim. p. 20. C. εἰπὼν δὴ τὰ ἐπιταχθέντα ἀντεπέταξα ὑμῖν, ἃ καὶ νῦν λέγω. Ibid. paullo post: ὃν (λόγον) καὶ νῦν λέγε, ὦ Κριτία, τῷδε, ἵνα ξυνδοκιμάσῃ πρὸς τὴν ἐπίταξιν, εἴτ' ἐπιτήδειος εἴτ' ἀνεπιτήδειός ἐστιν. Stalb.

ὑπὸ δή τινος] Phæd. p. 107. D. οὗτος ἄγειν ἐπιχειρεῖ εἰς δή τινα τόπον. de Republ. vii. p. 521. C. ὥσπερ ἐξ ᾅδου λέγονται δή τινες εἰς θεοὺς ἀνελθεῖν. Plura collegit Heind. ad Phædon. p. 220. Stalb.

ἐν τῷ μέρει] Cfr. Gorg. p. 496. B. Ἀλλ' ἐν μέρει, οἶμαι, ἑκάτερον καὶ λαμβάνει καὶ ἀπόλλυσι. ibid. ἢ καὶ τὰ ἀγαθὰ καὶ τὴν εὐδαιμονίαν καὶ τἀναντία τούτων κακά τε καὶ ἀθλιότητα, ἐν μέρει λαμβάνει καὶ ἐν μέρει ἀπαλλάττεται ἑκατέρου. Sophist. p. 225. E. Τούτου τοίνυν τοὐναντίον ἀπὸ τῶν ἰδιωτικῶν ἰρίδων χρηματι-

ΠΡΩ. Κάλλιστ' εἴπες. II. 51.

ΣΩ. Ἐγὼ δή[a] πειράσομαι μεταβαλὼν[b] σημαίνειν ἡμῖν[c] αὐτάς. τοῖς γὰρ φάσκουσι λυπῶν εἶναι παῦλαν πάσας τὰς ἡδονὰς οὐ πάνυ τι πείθομαι, ἀλλ' ὅ περ εἶπον, μάρτυσι καταχρῶμαι πρὸς[d] τὸ[e] τινὰς ἡδονὰς εἶναι δοκούσας, οὔσας δ' οὐδαμῶς, καὶ μεγάλας ἑτέρας τινὰς ἅμα καὶ πολλὰς φαντασθείσας, εἶναι δ' αὐτὰς[f] συμπεφυρμένας ὁμοῦ λύπαις τε καὶ ἀναπαύσεσιν ὀδυνῶν τῶν μεγίστων περί τε σώματος[g] καὶ ψυχῆς ἀπορίας.

§. 115. ΠΡΩ. Ἀληθεῖς δ' αὖ τίνας, ὦ Σώκρατες, ὑπολαμβάνων ὀρθῶς τις[h] διανοοῖτ' ἄν;

ΣΩ. Τὰς περί τε[i] τὰ καλὰ λεγόμενα χρώματα καὶ περὶ τὰ σχήματα, καὶ τῶν ὀσμῶν τὰς πλείστας, καὶ τὰς τῶν φθόγγων, καὶ ὅσα τὰς ἐνδείας ἀναισθήτους ἔχοντα καὶ

β λ

ιε.—[b] μεταλαβὼν BCEF, μεταλαβὼν Ηικ.—[c] ὑμῖν γ.—[d] ἐπὶ Γ.—[e] τε ΑΔΠ.—[f] αὖ τὰς Π.—[g] σώμα μι ΔΠ.—[h] τις om ΑΠΓ et μι Δ.—[i] τε om ικ.—[j] ταῦτ' Γ.—[k] κα-

ζόμενον ἐν τῷ μέρει σὺ ποιῷ νῦν εἰπεῖν. Protagor. p. 347. D. λεγοντάς τε καὶ ἀκούοντας ἐν μέρει ἑαυτῶν κοσμίως. quibus et paullo ante ἐν τῷ μέρει s. ἐν τῷ μέλλει est *alternis vicibus, vicissim.* cfr. Heusdenius. ad Lucian. Dial. Sel. p. 45. Eadem modo etiam ἀνὰ μέρος dicitur. cfr. Wesseling. ad Herodot. p. 605. Porr. ad Athen. V. II. m. 3. Stallb.

περάσομαι μεταβαλών] Ficinus vertit: *conabor equidem, sed variando eas denuminare.* Non intelexit verbum μεταβαλών, de quo vid. ad §. 10. Stallb.

ὑμῖν] Deest ea Ald. Bas. 1. 2. Sed Steph. ὑμῖν. Stallb.

λυπῶν εἶναι παῦλαν] Teste Valckenario in epistola a Lindemanno edita p. 146. Mss. exhibent λυπῶν εἶναι ἀνάπαυλαν. Quod etsi bene dicitur, cfr. ad §. 48. tamen vulgatum satis superque tuentur hae loca, ad quae Valckenarius laudata, de Repetit. v. p. 173. D. οὐκ ἔστι κακῶν παῦλα. ἢ φίλε Γλαύκων, ταῖς πόλεσιν. ibid. VI. p. 501. E. οὔτε πόλει οὔτε πολιτείᾳ κακῶν παῦλα ἔσται. ibid. IX. p. 584. B. ἡδονὴν μὲν παῦλαν λύπης εἶναι, λύπην δὲ ἡδονῆς. Epist. VII. p. 330. E. Stallb.

μάστυσι] Edit. omnes μάρτυσι. At Socrates non dicerat antea, se letis hominibus optimum esse testimonium esse usurum, sed hoc potius, se iis ὅσπερ μάστυσι προσχρῆσθαί τισι. cfr. §. 96. Quare non dubitavi, μάστυσι reponere, Schutzio quoque adstipulante. Καταχρῶμαι usurpatur ut Phaedon. p. 110. B. ὧν καὶ τὰ ἀνθάδε εἶναι χρώματα, ὥσπερ δείγματα, οἷς δὴ οἱ γραφεῖς καταχρῶνται. Isocrat. Panegyr. p. 6. ed. Mor. Λί μὲν γὰρ πράξεις αἱ προγεγενημέναι κοιναὶ πᾶσιν ἡμῖν κατελείφθησαν· τὸ δὲ ἐν καιρῷ ταύταις καταχρήσθαι καὶ τὰ προσήκοντα περὶ ἑκάστης ἐνδυνηθῆναι καὶ τοῖς ὀνόμασιν εὖ διαθέσθαι τῶν εὖ φρονούντων ἴδιόν ἐστιν. ibid. p. 42. ἀνάγκη γὰρ, τὰ μὲν μέγιστα τούτων ἤδη κατακεχρῆσθαι, σμικρὰ δέ τινα παραλελεῖφθαι. Deinceps cave articulum cum εἶναι conjungas. Sensus totius loci hic est: *eatenus illos halco meae sententiae, eae quoniam colluctatae, quae, quum revera non sint, tamen esse videantur, atque aliae, quae, quum multis magnisque appareant, tamen doloribus mixtae sint aliisque pernisi in vehementissimis dolentis intelligentibus cernantur.* De verbo φαντάζεσθαι significationibus disserunt Creuzer ad Plotin. de Pulcritud. p. 135. Stallb.

§. 115. ἀνδείας ἀναισθήτους] Locus in omnibus editt. corruptissimo legitur. Ac hoc quidem apertum est, πληρώσεις αἰσθητὰς καὶ ἡδείας opponi ἐνδείαις ἀναισθήτοις καὶ ἀλύπους. Quare non assentior Schleiermachero ἡδείας tanquam inepta verborum σαθρὰς λυπῶν interpreta-

ἀλύπους τὰς πληρώσεις αἰσθητὰς καὶ ἡδείας καθαρὰς λυπῶν παραδιδῶσιν.

tt. iii. 219. ΠΡΩ. Πῶς δὴ ταῦτ',[j] ὦ Σώκρατες, αὖ λέγομεν οὕτως;

§. 116. ΣΩ. Πάνυ μὲν οὖν οὐκ εὐθὺς δῆλά ἐστιν ἃ λέγω, πειρατέον μὴν δηλοῦν. σχημάτων τε γὰρ κάλλος[k] οὐχ ὅ περ ἂν ὑπολάβοιεν οἱ πολλοὶ πειρῶμαι νῦν λέγειν, οἷον[l] ζώων ἢ τινων ζωγραφημάτων, ἀλλ' εὐθύ τι λέγω, φησὶν ὁ λόγος, καὶ περιφερὲς καὶ ἀπὸ τούτων δὴ τά τε τοῖς τόρνοις γιγνόμενα ἐπίπεδά τε καὶ στερεὰ καὶ τὰ τοῖς κανόσι καὶ γωνίαις, εἴ μου μανθάνεις. ταῦτα γὰρ οὐκ εἶναι

mentum e textis abjiciendum arbitrato. Multo minus autem ante καθαρὰς particulam καὶ intruserim, quo facto ver orum concinnitas evanescit. Vide, an olim ita scriptum fuerit: καὶ ὅσα τὰς ἐνδείας ἀναισθήτους ἔχοντα καὶ ἀλύπους, τὰς δὲ πληρώσεις αἰσθητὰς καὶ ἡδείας, ἡδονὰς καθαρὰς λυπῶν παραδιδωσι h. e. *et quæ, quum desideria habeant cum nullo doloris sensu conjuncta, repletiones vero suavitate et jucunditate plenas, efficiunt voluptates doloribus vacuas.* Quam facile ἡδονὰς post ἡδείας excidere potuerit, omnibus patet. Stalb.

§. 116. κάλλους] Steph. 'For. κάλλος. Alioqui κάλλους πέρι legendum videri posset.' Conjecturam Stephanus hausisse videtur e versione Ficini, *figurarum enim pulcritudinem—nunc proposui dicere.* At vero est haud dubie supervacanea, quum partitio significetur, atque adeo genitivus κάλλους pendeat a pronomine ἐκεῖνο, quod post particulam οὐχ intelligi debet. Fischer.

κάλλος] Ita cum Bekkero scripsi pro vulgato κάλλους, quod jam Stephanus in κάλλος mutari jusserat. Etiam Ficinus vertit: *figurarum enim pulcritudinem—nunc proposui dicere.* Frustra Fischerus genitivum ita defendit, ut cum pendere dicat a pronomine ἐκεῖνο, quod post οὐχ intelligendum sit. Cujus syntaxeos aliud exemplum novi nullum. Speciosius aliquis vulgatam tueatur ex illo dicendi genere, quod illustravit Matth. Gr. Gr. §. 320. Qua ratione probata sensus hic erit: *etenim quod attinet formarum pulcritudinem, non illam nunc dico, qualis est animalium* ctr. Stalb.

πειρῶμαι λέγειν] Cfr. Cratyl. p. 404. E. ἐγὼ πειράσομαι φράσαι, ὅ γέ μοι φαίνεται. Stalb.

εὐθύ τι λέγω, φησὶν ὁ λόγος] Declarat philosophus nunc accuratius, quasnam figuras intelligat, e quibus hauriantur puræ et veræ voluptates, nempe non eas, quas vulgus quoque ex ipso rerum usu cognitas habeat, sed illas potius, quæ per se puleræ sint, nulla pulcrarum rerum habita ratione. Huc igitur refert τὸ εὐθὺ et τὸ περιφερὲς, et quæ ex iis variorum instrumentorum ope efficiantur, τὰ ἐπίπεδα, ut *trianguli, rectanguli, circuli*; et τὰ στερεὰ, veluti *cubi, sphæræ, cylindri, coni.* Non obscurum esse puto, quid philosophus his verbis significaverit. De notione τοῦ ἐπιπέδου et τοῦ στερεοῦ cfr. de Republ. vii. p. 528. A. μετὰ ἐπίπεδον, ἣν δ' ἐγὼ, ἐν περιφορᾷ ὂν ἤδη στερεὸν λαβόντες, πρὶν αὐτὸ καθ' αὑτὸ λαβεῖν ὀρθῶς δὲ ἔχει, ἑξῆς μετὰ δευτέραν αὔξην τρίτην ἐστὶ δέ που τοῦτο περὶ τὴν τῶν κύβων αὔξην καὶ τὸ βάθους μετέχον. Eucid. Element. vii. Defin. Ὅταν τρεῖς ἀριθμοὶ πολλαπλασιάσαντες ἀλλήλους ποιῶσί τινα, ὁ γενόμενος στερεὸς καλείτω. Stalb.

τόρνοις] Hesychio interprete est ἐργαλεῖον τεκτονικὸν, ᾧ τὰ στρόγγυλα σχήματα περιγράφεται; *cin Rundhubel.*— Κάνονες sunt *regulæ, normæ ad spatium dimetiendum.* Aristoph. Av. 1001. κανόνες ἀέρος· Αὐτίκα γὰρ ἀήρ ἐστι τὴν ἰδέαν ὅλος Κατὰ πνιγέα (*fornaci similis*) μάλιστα. προσθεὶς οὖν ἐγὼ Τὸν κανόν' ἄνωθεν τουτονὶ τὸν καμπύλον, Ἐνθεὶς διαβήτην μανθάνεις; ubi vid. Beck.— Γωνίαι sunt *normæ ad angulos definiendos* (*Winkelmaas*). Cujus significationis aliud exemplum ne Schneidero quidem innotuisse videtur. Cfr. ejus Commentar. ad Eclog. Physic. t. ii. p. 267. Stalb.

εἴ μου μανθάνεις] De Republ. iii. 7. Ast. εἴ μου μανθάνεις, ubi plura dedit Astius. Stalb.

πρός τι καλὰ λέγω, καθά τιν' ἄλλα, ἀλλ' ἀεὶ καλὰ καθ' αὑτὰ πεφυκέναι καί τινας ἡδονὰς οἰκείας ἔχειν, οὐδὲν ταῖς τῶν κινήσεων[m] προσφερεῖς· καὶ χρώματα δὴ[n] τοῦτον τὸν τύπον ἔχοντα καλὰ καὶ ἡδονάς. ἀλλ' ἆρα μανθάνομεν, ἢ πῶς;

§. 117. ΠΡΩ. Πειρῶμαι μέν, ὦ Σώκρατες· πειράθητι δὲ καὶ σὺ σαφέστερον ἔτι λέγειν.

ΣΩ. Λέγω δὴ τὰς τῶν φθόγγων τὰς λείας[o] καὶ λαμπράς, τὰς ἴν τι καθαρὸν ἰσίσας[p] μέλος, οὐ πρὸς ἕτερον κα-

λεῖ ΑΠ: κάλλους τ.—[l] ἢ ΑΔΠ.—[m] κινήσεων Heusdius: libri κινήσεων.—[n] δὴ τον ΑΠ'τ.—[o] ταλείας Α.—[p] ἰούσας Π, ἰούσας Α, ἰσίσας cett Δ.—[q] καλὰς om ΑΠ et pr

ταῦτα γὰρ οὐκ εἶναι πρός τι καλὰ λέγω] H. e. sic sind nicht relativ, sondern absolut schön. Sophist. p. 255. C. Ἀλλ' οἶμαί σε συγχωρεῖν, τῶν ὄντων τὰ μὲν αὐτὰ καθ' αὑτά, τὰ δὲ πρὸς ἄλλα ἀεὶ λέγεσθαι. Legendum autem suspicor ἀλλ' ἀεὶ καλὰ αὐτὰ καθ' αὑτά, ut paullo post ἀλλ' αὐτὰς καθ' ἑαυτὰς εἶναι. Statim post τῶν κινήσεων cum Heusdio et Bekk. edidi. Vulgo τῶν κινήσεων. Stalb.

καὶ χρώματα δὴ κ. τ. λ.] Haec verba adeo contexta sunt, ut sine codd. ope vix sananda videantur. Quo magis dolendum ne a recentissimo quidem operum Platonicorum editore praeter particulam δή, pro qua olim δήπου legebatur, quidquam auxilii esse allatum. Schleiermacher legendum censet: καὶ χρώματα δήπου (pro quo nunc δὴ legimus) τοῦτον τὸν τύπον καλὰ καὶ ἔχοντα ἡδονάς. Sed multum verear, ut hoc tollat loci vitium. Mihi quidem olim καλὰ vitiosum videbatur. Nam χρώματα τοῦτον τὸν τύπον ἔχοντα intelligebam non alia, quam οὐ πρός τι καλά, ἀλλ' αὐτὰ καθ' ἑαυτά. Quod si verum esset, voc. καλὰ utique prorsus inepte adjectum foret. Nunc autem, re diutius pensitata, plura hic intercidisse arbitror. Excidebant enim haud dubie post καὶ χρώματα δὴ aliquot verba, quibus certa quaedam colorum genera, unde pura voluptates hauriuntur, fuerant indicata. Tum addita fuerunt fere haec: καὶ ἄλλα τοῦτον τὸν τύπον ἔχοντα (i. e. cum generibus colorum indicatis bene convenientia) αὐτὰ καθ' ἑαυτὰ καλὰ (sc. λέγω) καὶ ἡδονάς τινας αὑτῶν οἰκείας. Haec enim verba sensum exigit. Ceterum facile apparet, haec: καὶ χρώματα δὴ respondere superioribus σχημάτων τε γὰρ κάλλος etc. Χρώματα et σχήματα hic eodem modo conjunguntur, ut supra initio dialogi, ubi plura hujus generis loca indicavimus. Hic vero addere liceat definitionem figurae et coloris Platonicam. Legitur ea Menon. p. 76. A. κατὰ ταυτὸν σχήματος τοῦτο λέγω, εἰς ὃ τὸ στερεὸν περαίνει, τοῦτ' εἶναι σχῆμα· ὅπερ ἂν συλλαβὼν εἴποιμι, στερεοῦ πέρας σχῆμα εἶναι. ibid. p. 76. D. ἔστι γὰρ χρόα ἀπορροὴ σχημάτων ὄψει σύμμετρος καὶ αἰσθητός. Stalb.

§. 117. πειρῶμαι μέν] Expectaveram ἐγὼ μὲν πειρῶμαι, ob sequentia πειράθητι δὲ καὶ σύ. Sed nihil tentandum. Stalb.

φθόγγων τὰς λείας καὶ λαμπράς] Cfr. fragmentum libri Aristotel. περὶ ἀκουστῶν, cujus particulam Schneiderus intexuit Eclog. Physic. tom. i. p. 293. ubi inter alia haec: τῶν δὲ φωνῶν τυφλαὶ μέν εἰσι καὶ ἀφανεῖς, ὅταν συγχέωσιν αὐτοῦ κατατεινόμεναι· λαμπραὶ δέ, ὅσαι πόῤῥω διατείνουσι καὶ πάντα πληροῦσι τὸν συνεχῆ τόπον. Hinc jam Herodotus vi. 60. λαμπροφωνίην dixit et verbum λαμπροφωνέεσθαι memorat Moeris Atticist. s. v. Λαρυγγίζειν. Vox λεῖον quum de leni et molli tenorum flatu usurpetur, velati Aristoph. Ran. 1003. ἀλλὰ συστείλας ἁπροισι χρώμενος τοῖς ἰστίοις εἶτα μᾶλλον μᾶλλον δίεις, καὶ φυλάξεις, ἡνίκ' ἂν τὸ πνεῦμα λεῖον καὶ καθαστηκὸς ᾖ. Philostrat. Vit. Sophist. p. c. 1. p. 504. τὸ μὲν πνεῦμα οὐ σφοδρὸν ἀλλὰ λεῖον καὶ καθεστηκὸς, hic ad ipsum vocis sonum leni ac molli spiritu prolatum transfertur; unde φθόγγοι λαμπροὶ et λεῖαι conjunguntur. Cujus usus aliud exemplum non in promtu habeo. Hoc igitur sonorum genus dicit habere absolutam pulcritudinem ideoque afferre vera voluptates, hoc est tales, quae nihil doloris

λὰς[q] ἀλλ' αὐτὰς καθ' αὐτὰς εἶναι, καὶ τούτων[r] ξυμφύτους ἡδονὰς[s] ἰπομένας.

ΠΡΩ. Ἔστι γὰρ οὖν καὶ τοῦτο.

ΣΩ. Τὸ δὲ[t] περὶ τὰς ὀσμὰς ἧττον μὲν τούτων[u] θεῖον
II. iii. 220. γένος ἡδονῶν· τὸ[v] δὲ μὴ συμμεμίχθαι ἐν αὐταῖς ἀναγκαίους[w] λύπας, καὶ ὅπῃ τοῦτο καὶ ἐν ὅτῳ τυγχάνει γεγονὸς ἡμῖν, τοῦτ' ἐκείνοις[x] τίθημι ἀντίστροφον ἅπαν. ἀλλ', εἰ κατανοεῖς, ταῦτα εἴδη δύο λεγομένων ἡδονῶν.

Δ.—[q] πάντων, γρ τούτων, F.—[r] ξυμφύτους καὶ ἡδονὰς F.—[s] δὲ om Σac.—[t] τούτων om EFs.—[u] τῷ F.—[v] ἀναγκαίας s.—[w] ἐκείνης wτ.—[x] νῦν δὴ τούτοις Γ, δὴ τούτοις

admixtum habeant. Idem contendit de voluptatibus ex olfactu hauriendis, quanquam hoc genus sit minus *θεῖον*, h. e. quanquam absolutæ pulcritudinis species in eo minus clare cernatur. Nam aliter hæc verba vix interpretari liceat. STALB.

*ἧττον μὲν θεῖον*] STEPH. '*γρ. ἧττον μὲν τούτων θεῖον.*' Scilicet in Bas. 2. Ficinus, *genus autem voluptatum, quod odores sequitur, minus divinum est.* FISCH.

*θεῖον γένος*] Ante *θεῖον γένος* e Bas. 2. recepimus pronomen *τούτων*, quod in reliquis desideratur. Neque enim video, quomodo in textu illud venire potuerit, nisi e codd. STALB.

*ἀναγκαίους*] Refert autem, ut ait, voluptates ex olfactu perceptas ideo ad veras voluptates, quia eæ non necessario dolores adjunctos habeant, ubicunque et in quibuscunque nobis contingant. Ita hæc intelligenda censeo, siquidem sana sint, quod non credo. Etenim duriter admodum ad *τυγχάνει γεγονὸς* supplebis ex antecedentibus *τὸ περὶ ὀσμὰς—γένος ἡδονῶν*, quum interjecta sint hæc: *τὸ δὲ μὴ συμμεμίχθαι ἐν αὐταῖς— λύπας.* Neque etiam *ὅπῃ τοῦτο—τυγχάνει γεγονὸς ἡμῖν* referri poterunt ad proxime præcessa *τὸ δὲ μὴ συμμεμίχθαι κ. τ. λ.* quo facto sensus oritur valde ineptus et pæne nullus. Quærenda igitur loci emendatio. Ea autem satis certa parata est. Namque si antecedentia accurate consideraveris, in exemplis antea positis semper certam aliquam speciem, quæ absolutam pulcritudinem in se conjunctam habeat, indicari animadvertes. Ita e formis *τὸ εὐθὺ* et *τὸ περιφερὲς* tanquam reliquorum omnium principia memorantur; e coloribus porro omnes omnino, qui suam in se habeant pulcritudinem (quanquam hic texta turbata sunt); sonorum denique illi, qui sint molles et acuti, ita ut purum cantum efficiant. Jam vero etiam hic, ubi de olfactu sermo est, unum aliquod genus significari debuerat, cui puræ illæ voluptates inessent. Sed hoc non facit Socrates; vocat potius totum hoc voluptatum ex olfactu percipiendarum genus minus divinum, quod nonnisi propterea veris voluptatibus accenseri queat, quia nullos dolores habeat admixtos. Videbis jam, opinor, ubi lateat error. Scilicet ut significetur, universum illud voluptatum genus semper et ubique minus divinum videri, verba haud dubie ita transponenda sunt: *τὸ δὲ περὶ τὰς ὀσμὰς ἧττον μὲν τούτων θεῖον γένος ἡδονῶν, ὅπῃ καὶ τοῦτο καὶ ἐν ὅτῳ τυγχάνει γεγονὸς ἡμῖν τὸ δὲ μὴ συμμεμίχθαι ἐν αὐταῖς ἀναγκαίους λύπας, τοῦτ'* εἰτ. Gaudebo, si quis leniorem loco medicinam afferat: mihi quidem ullam invenire non contigit. STALB.

*ἐκείνοις τίθημι ἀντίστροφον*] De Schützii conjectura reposui: edidt. vett. *ἐκείνης τίθημι ἀντιστρ.* Nolim tamen cum viro præstantissimo *ἐκείναις* referre ad *μιχθείσας ἡδονὰς*, sed potius ad ea voluptatum puarum s. verarum genera, quæ antea recensebantur, ex auditu et visu oriunda, ut sensus hic oriatur: *quanquam minus divinæ sunt voluptates ex olfactu percipiendæ, tamen illis, quas modo enumeravi, hactenus respondent h. e. similes sunt, quod cum iis non necessario conjunctæ sunt dolores.* STALB.

*λεγομένων*] In omnibus editt. ita leguntur: *λεγομένων ἡδονῶν* vitio manifesto. Correxit olim Heind. *λέγομεν τῶν ἡδονῶν*, quod Schleiermachero etiam placuit. Sed quoniam additur *εἰ κατανοεῖς*, et quoniam Ficinus vertit: *atque ita*

ΠΡΩ. Κατανοῶ.

ΣΩ. Ἔτι δὴ τοίνυν τούτοις[y] προσθῶμεν τὰς περὶ τὰ π. 52.
μαθήματα ἡδονάς, εἰ ἄρα δοκοῦσιν ἡμῖν αὗται πείνας μὲν μὴ ἔχειν τοῦ μανθάνειν μηδὲ διὰ μαθημάτων πεῖνην[z] ἀλγηδόνας ἐξ ἀρχῆς γενομένας.[a]

ΠΡΩ. Ἀλλ' οὕτω ξυνδοκεῖ.

§. 118. ΣΩ. Τί δαί;[b] μαθημάτων πληρωθεῖσιν[c] ἐὰν ὕστερον ἀποβολαὶ διὰ τῆς λήθης γίγνωνται, καθορᾷς[d] τινὰς ἐν αὐταῖς[e] ἀλγηδόνας;

ΠΡΩ. Οὔ τι[f] φύσει γε, ἀλλ' ἔν τισι[g] λογισμοῖς τοῦ παθήματος,[h] ὅταν τις στερηθεὶς λυπηθῇ διὰ τὴν χρείαν.

ΣΩ. Καὶ μήν, ὦ μακάριε, νῦν γε ἡμεῖς αὐτὰ τὰ[i] τῆς

τοίνυν Π.—[y] πεινῆν ΓΑΒCΕΡΗ.—[z] γενομένας ΧΔΠ: γιγνομένας °r.—[a] δοὶ ΓΔ.—[b] πληρωθεῖσιν Schützius: libri πληρωθεισῶν.—[c] καθορᾶς Λ.—[d] ἐν αὐταῖς τινὰς Ξ.—[e] ἴδοτι Γ.—[f] τι pr Δ.—[g] παθήματος ΛΗ, παθήματος Ε, μαθήματος BC: μαθήματος °r.—[h] αὐτὰ τὰ ΧΓΔΛΕΠΣΒCΗω: αὐτὰ καὶ τὰ °r.—[i] μόνα F.—[k] ἡμῖν om Λ.

*duas voluptatum species collegimus*, non dubitavi δίχομεν cum Schutzio reponere. Dubitari tamen poterit, quomodo verba intelligi debeant. Equidem nunc nihil desidero. Stalb.

τούτοις προσθῶμεν] Accipienda haec sunt *de voluptatibus ultimo loco commemoratis* h. e. *puris*. Stalb.

πεῖνας] Verba πεινῆν et πείνη, non solum in N. F. sed etiam apud profanos scriptores frequenter usurpantur de quavis cupiditate vehementiore ardentique alicujus rei desiderio, velut Xenoph. Œcon. xiii. 9. πεινῶσι τοῦ ἐπαίνου οὐχ ἧττον ἢ ἄλλοι τῶν σίτων καὶ ποτῶν. cfr. Gataker de Stylo N. T. c. xx. et Raphel. in notis Xenophonteis ad N. T. p. 15. Est autem h. l. μαθημάτων πείνη i. q. πείνωσι μαθημάτων, quae efficit sensum doloris. Male Ald. Bas. 1. 2. μαθημάτων πεινῆν. Stalb.

§. 118. πληρωθεῖσιν] Ita cum Bekk. de conjectura Schützii conjecturae rescripsi pro mendoso πληρωθεισῶν. Sensus hic est: *Quid vero? ii, qui animum scientia implevérunt, si deinde propter oblitionem amittunt scientiam, nunne hanc amissionem cum sensu quodam doloris conjunctam esse cules?* Heusdius p. 103. conjecit μαθημάτων πληρωθεὶς τις, ἐὰν ὕστερον κ. τ. λ. Ficini acutus versionem: *si quis doctrina imbutus deinde oblitiscatur*. Verum quamvis hujusmodi ἀναπόλουθα in Platone frequentissime occurrunt, tamen eorum numerum absque necessitate augere velle critici esse videtur parum cauti. Fachsius in Sylloge p. 372. tentat πληρωθείς, ἐὰν δὲ ὕστερον κ. τ. λ. Huebsemanno genuina videtur vulgata scriptura; etenim μαθημάτων πληρωθεισῶν esse genitivos absolutos!— Οὔτι φύσει γε h. e. *non per se et revera*. cfr. Ast. ad Legg. x. §. 5. Stalb.

τοῦ παθήματος] Quod etiam Ficinus habuit, qui vertit: *non natura quidem sed quadam passionis cogitatione*: cum Fischero scripsi. Vett. edditt. habent τοῦ μαθήματος. Stalb.

αὐτὰ τὰ τῆς] Vulgo legitur αὐτὰ καὶ τὰ τῆς. Verum isto καὶ nihil magis alienum esse potest ab hujus loci ratione. Damnavit illud etiam Schleiermacher; ejecit Bekk. Deinceps mire dictum λήθη γίγνεται — ἐν τοῖς μαθήμασι pro τῶν μαθημάτων. Nihil tamen mutandum; nam explicari sane potest vulgata lectio. Sed statim post ἀμύητον τὸ εἶναι λύπης rescribere ausus sum pro ἀμύητον τε εἶναι λύπαις, quod omnes edditi. exhibent. Illud cur necessario requiratur etiam non moniti intelligent, qui ad usum Platonis hactenus attenderunt. Stalb.

φύσεως μόνον[j] παθήματα χωρὶς τοῦ λογισμοῦ διαπεραίνομεν.

ΠΡΩ. Ἀληθῆ τοίνυν λέγεις, ὅτι χωρὶς λύπης ἡμῖν[k] λήθη[l] γίγνεται[m] ἑκάστοτε ἐν τοῖς μαθήμασιν.

ΣΩ. Ταύτας τοίνυν τὰς τῶν μαθημάτων ἡδονὰς ἀμίκτους τε[n] εἶναι λύπαις[o] ῥητέον καὶ οὐδαμῶς τῶν πολλῶν ἀνθρώπων ἀλλὰ τῶν σφόδρα ὀλίγων.

ΠΡΩ. Πῶς γὰρ οὐ ῥητέον;

p. iii. 221. §. 32. F. §. 119. ΣΩ. Οὐκοῦν[p] ὅτε[q] μετρίως ἤδη διακεκρίμεθα χωρὶς τάς τε καθαρὰς ἡδονὰς καὶ τὰς σχεδὸν ἀκαθάρτους ὀρθῶς[r] ἂν[s] λεχθείσας, προσθῶμεν τῷ λόγῳ ταῖς μὲν[t] σφοδραῖς[u] ἡδοναῖς ἀμετρίαν,[v] ταῖς δὲ μὴ τοὐναντίον ἐμμετρίαν· καὶ τὸ μέγα καὶ τὸ[w] σφοδρὸν αὖ, καὶ πολλάκις καὶ ὀλιγάκις γιγνομένας τοιαύτας, τῆς[x] τοῦ ἀπείρου γ'[y] ἐκείνου

—[j] ἀληθῆ ΑΔΠ.—[k] γίνεσθ' Α.—[l] τε om Σ.—[m] λύπης Λ.—[n] οὐκ ἂν Π.—[o] ὅτι Η.—[p] ὀρθῶς om Λ.—[q] ἂν om ΑΠ et pr Δ.—[r] μὲν om Λ.—[s] σφόδρα Δ.—[t] ἀμετρίαν Λ.—[u] τὸ ante σφοδρὸν om Σ. αὖ om F et pr Ξ —[v] τοῖς Σ.—[w] γ' ΑΓΔΛΠΗ, τ' ΣΒ

§. 119. ὅτε μετρίως ἤδη κ.τ.λ.] Ficin. hunc locum ita reddidit: *postquam voluptates puras ab impuris secrevimus, addenda est jam vehementibus immoderatio, remissioribus moderatio, easque etium, quæ intentius, remissius, magnum, parvum, raro, crebero, suscipiunt, ad infiniti genus, quod per animam corpusque secundum magis minusque discurrit, referre devet; quæ vero ista non capiunt, ad commensurati genus potius referendæ.* Legit igitur hunc locum in cod. suo multo pleniorem. Hinc Schützius scribendum censuit καὶ τὰς τὸ σφόδρα αὖ καὶ ἠρέμα, καὶ τὸ μέγα καὶ μικρὸν καὶ τὸ πολλάκις καὶ ὀλιγάκις δεχομένας τοιαύτας τοῦ ἀπείρου κ. τ. λ. Schleiermacherus mavult: καὶ τὰς τὸ σμικρὸν καὶ ἠρέμα δεχομένας καὶ τὸ σφοδρὸν αὖ καὶ πολλάκις κ. τ. λ. Heind. denique et Buttmann. hanc lectionem excogitarunt: καὶ τὰς τὸ σμικρὸν καὶ τὸ μέγα καὶ τὸ σφοδρὸν αὖ καὶ τὸ ἠρέμα δεχομένας καὶ πολλάκις κ. τ. λ. Omnino locus ita comparatus est, ut absque codd. ope vix queat sanari. Quare magnopere dolendum, ne a Bekkero quidem novi quid esse allatum. Quanquam autem suspiciones suspicionibus cumulare nolim, tamen quid de loco statuam explicare juvat. Ac primo quidem ne quis in particula ἂν hæreat in verbis ὀρθῶς ἂν λεχθείσας, recte sane illa participio additur, quia sensus hic est: αὖ ὀρθῶς ἂν λεχθείησαν. Idem prorsus usus reperitur Sophist. p. 224. A. Μουσικὴν τε— λέγωμεν —καὶ πολλὰ ἕτερα τῆς ψυχῆς—τὸν ἄγοντα καὶ πολοῦντα—ἔμπορον ὀρθῶς ἂν λεγόμενον (i. e. ὃς ἂν ὀρθῶς λέγοιτο) παρέχειν. Politic. p. 266. C. πρὸς δὴ τούτοις ἕτερον αὖ τι τῶν πρὸς γέλωτα εὐδοκιμησάντων ἂν, ὦ Σώκρατες, ἆρα καθορῶμεν ἡμῖν γεγονὸς ἐν τοῖς διηρημένοις; h. e. *quæ ridicula possint celebrari.* Xenoph. Anab. vi. 2. 7. Ἐσκήνουν δὲ ἐν τῷ αἰγιαλῷ ἐπὶ τῇ θαλάττῃ· εἰ δὲ τὸ πόλισμα ἂν γενόμενον οὐκ ἐβούλοντο στρατοπεδεύεσθαι, ubi, quod obiter moneo, non omnino recte disputavit Schneider. — Deinde articulum τῆς inter τοιαύτας et τοῦ ἀπείρου delendum esse, extra omnem dubitationem positum videtur. Mouuit etiam Stephanus probante Fischero. Tum particula τε post ἀπείρου extingui debet, utpote e geminata particula γε orta. Etenim καί, quod sequitur, vim habet explicativam, ut loquuntur grammatici quidam, h. ς. annectit prægressis senteutiam, reliquorum explicationi inservientem. Et video nunc, particulam in edit. Bekk. jam deletam. Tum ante τὸ μέγα non est dubium, quin articulus τὰς inferri debeat, qui pertineat ad participium γιγνομένας. Sed hoc ipsum participium cum viris doctis, Ficino duce, in δεχομένας mutandum.

καὶ ἧττον καὶ μᾶλλον διά τι σώματος καὶ ψυχῆς φερομένου προσθῶμεν αὐταῖς[a] εἶναι γένους, τὰς[a] δὲ μὴ[b] τῶν ἰμμέτρων.[c]

ΠΡΩ. Ὀρθότατα λέγεις, ὦ Σώκρατες.

ΣΩ. Ἔτι τοίνυν πρὸς τούτοις μετὰ ταῦτα τόδε αὐτῶν διαθετέον.[d]

ΠΡΩ. Τὸ ποῖον;

§. 120. ΣΩ. Τί ποτε χρὴ φάναι πρὸς ἀλήθειαν εἶναι τὸ καθαρόν τε καὶ εἰλικρινὲς ἢ τὸ σφόδρα τε[e] καὶ[f] τὸ[g] πολὺ καὶ τὸ μέγα καὶ τὸ ἱκανόν;

Ox τέ γ' °τ.—[a] αὐτὰς corr Σ.—[b] ταῖς Χ.—[c] μὴ om ΧΠ et pr Δ.—[c] ἀμέτρων Λ.—[d] διαθεατέον corr Σ.—[e] τε post σφόδρα om Γ.—[f] ἢ Γ.—[g] τὸ ante πολὺ om Δ.—

Num aliter nec sensus nec structura verborum explicari poterit. Porro αὐταῖς post προσθῶμεν abjiciendum videtur; praesumitur enim verborum ordinem, qui quidem hic esse debet: προσθῶμεν, τὰς μὲν τὸ μέγα καὶ τὸ σφοδρὸν δεχομένας — τοῦ ἀπείρου γένους εἶναι. Unde in textum migraverit, statim videbimus. Etenim ne προσθῶμεν quidem genuinum puto. Scribendum prorsus dubio θῶμεν. Compositum ex antecedentibus male huc ilatum. Quo facto scioli quidam αὐταῖς addidit. Denique haud scio an pro τοιαῦτας ante τοῦ ἀπείρου haud male tesserias ταύτας, ita quidem, ut interpuncto post δεχομένας (γιγνομένας) init. sequatur. His malarum remediis adhibitis satis existet periodus atque talis, quae et structuram habeat satis expeditam et sensum fundat egregium. Quamquam autem bene novi, me in his corrigendis frustra audacius versatum esse, quam cum decuit, qui deum crederem ignem et ferrum vidisse, tamen facti non paenitet. Fateor enim libere, me eorum medicorum addictum esse disciplinae, qui tela vulnera ense resecanda esse praecipiunt. Scilicet jam multum lucramur, si quibusdam sensum in tali loco haesse debeat et ubi putabuntur vitium latere, sanarite discernamur, modo ab eorum temeritate abstineamus, qui quamcunque ipsis in mentem veniunt, continuo pro veris vendentes bona texta suis erroribus corrumpunt. Stall.

τόδε αὐτῶν διαθετέον] Ita cum Heusdio p. 103. correximus vulgatam διαθετόν. Nam statim post διαπονῶμεν et θεατέον dicitur. Proclus. p. 260. C. Τὴν ἐνιστασιὴν δὴ τέχνην πάλιν ἂν εἴη θεατέον, εἴ πῃ διέστηκε. De genitivo αὐτῶν, prorsus eodem modo Theaetet. p. 182. A. σκόπει δή μοι τόδε αὐτῶν, ubi errat Heind. genitivum positum ratus pro περὶ αὐτῶν. Laudat ille Xenoph. Memor. i. 1. 12. καὶ πρῶτον μὲν αὐτῶν ἐσκόπει, πότερά ποτε νομίσαντες ἱκανῶς ἤδη τἀνθρώπινα εἰδέναι ἴσχονται ἀπὸ τοῦ περὶ τούτων φροντίζειν. Sed hoc loco genitivus non minus pendet a πρῶτον, quam illo a τόδε. Eadem ratio est Theaetet. p. 149. D. Ἆρ' οὖν ὅτι καὶ τόδε αὐτῶν ᾔσθησαι, ὅτι καὶ προμήτριαί εἰσιν δεινόταται. Stall.

§. 120. πρὸς ἀλήθειαν—τὸ ἱκανὸν] Etiam hic sensum a librariis modeste turbatum putarunt viri docti. Nam quum ἱκανὸν referri opinarentur ad πρὸς ἀλήθειαν εἶναι, aut post καὶ τὸ aliquid excidisse, aut haec ipsa vocabula delenda esse statuerunt. Et hanc quidem sententiam amplexi sunt Bastius in Specim. Crit. Text. Symps. Plat. p. 35. et Schutzius in Lect. Platon. Verum enim quoniam difficile est intellectu, quomodo καὶ τὸ in textum irrepserit, et quoniam magnam hujus dialogi partem ita comparatam esse patet, ut hic illic plura excidisse non possit dubitari, huic malleni audire Heindorfium, qui καὶ τὸ μέγα καὶ τὸ λίαν, ἱκανὸν olim scriptum fuisse judicabat, nisi dubitarem, an rectum loci emendandi viam non inierint viri docti. Ac hoc quidem patet, sensum totius enuntiationis hunc esse debere: *Quid igitur dicendum ad veritatem prope accedere? Num purum illud ac sincerum, an potius id, quod vehemens est et multum et magnum?* In qua verborum tentatis omnibus quisque hoc concedet, ante τὸ καθαρὸν

ΠΡΩ. Τί ποτ' ἄρ',[h] ὦ Σώκρατες, ἐρωτᾷς[i] βουλόμενος;

ΣΩ. Μηδέν, ὦ Πρώταρχε, ἐπιλείπειν[j] ἐλέγχων ἡδονῆς τε καὶ ἐπιστήμης, εἰ[k] τὸ μὲν ἆρ' αὐτῶν ἑκατέρου καθαρόν ἐστι, τὸ δ' οὐ καθαρόν, ἵνα καθαρὸν ἑκάτερον ἰὸν[l] εἰς τὴν κρίσιν ἡμοὶ καὶ σοὶ καὶ[m] ξυνάπασι τοῖσδε ῥᾴω[n] παρίχῃ τὴν κρίσιν.

II. iii. 223. ΠΡΩ. Ὀρθότατα.

ΣΩ. Ἴθι δή, περὶ πάντων,[o] ὅσα καθαρὰ γένη[p] λέγομεν, οὑτωσὶ διανοηθῶμεν· προελόμενοι πρῶτον αὐτῶν ἓν τι[q] διασκοπῶμεν.[r]

[h] ἔρ' Γ.—[i] ἐρωτᾷ Λ.—[j] ἐπιλειπεῖν Π.—[k] ἢ Π.—[l] ἰὸν Χ.—[m] καὶ post σοὶ om Δ.—[n] ῥᾴως ΓΛΞΕΡΗ.—[o] πάντα Γ et corr Δ.—[p] γένει Π.—[q] ἓν τισι ΑΠ.—[r] σκοπῶμεν

τε καὶ εἰλικρινὲς omissum esse πότερον, usu admodum frequenti. Quo concesso, quis non mirabitur structuræ insolentiam: τί ποτε χρὴ φάναι πρὸς ἀλήθειαν εἶναι; πότερον τὸ καθαρόν τε καὶ εἰλικρινὲς, ἢ τὸ σφόδρα τε καὶ τὸ πολὺ καὶ τὸ μέγα καὶ τὸ λίαν, ἱκανόν; Numquam profecto mihi persuaderi patiar, ἱκανὸν pertinere ad πρὸς ἀλήθειαν εἶναι. Hoc enim si voluisset auctor, haud dubie scripturus fuisset: τί ποτε χρὴ φάναι πρὸς ἀλήθειαν εἶναι ἱκανόν; Et quid tandem significabit ἱκανὸν εἶναι πρὸς ἀλήθειαν? Num quid aliud, nisi hoc: *sufficere ad veritatem* h. e. *satis esse ad veritatem efficiendam?* De hoc vero nunc non agitur, sed potius de eo, utrum id, quod purum sit, an vero illud quod magnitudine sua excellat, ad veritatem propius accedat. Quod quidem aptissime significatur formula πρὸς ἀλήθειαν εἶναι, *juxta veritatem esse* h. e. *cum veritate convenire.* Quæ quum ita sint, haud scio, an verba καὶ τὸ ἱκανὸν genuina sint; modo ἱκανὸν intelligas, quod *justam mensuram* habet, quo significatu nihil usitatius. Itaque hoc quæritur, *utrum, quod verum sit et sincerum, prope accedat ad veritatem, an illud, quod sit multum et magnum atque tale, quod suam habeat mensuram.* Sed duo adhuc restant, quæ alicui fortasse scrupulum injiciant. Namque primo τί ποτε χρὴ φάναι dictum est pro πότερον χρὴ φάναι, quia deinceps duo memorantur, de quibus dubitatio locum habere queat. Verum hic pronominis τίς usus nihil habet insolentiæ. Xenoph. Cyrop. i. 3. 17. ἐπότε δὲ κρῖναι δέοι, ὁποτέρου ὁ χίτων εἴη, τοῦτ' ἔφη σκεπτέον εἶναι, τίς κτῆσις δικαία ἐστί· πότερα τὸν βίᾳ ἀφελόμενον ἔχειν, ἢ τὸν ποιησάμενον ἢ πριάμενον κεκτῆσθαι. Ita etiam in N. F. evang. Luc. vii. 42. Μὴ ἐχόντων δὲ αὐτῶν ἀποδοῦναι, ἀμφοτέροις ἐχαρίσατο. Τίς οὖν αὐτῶν, εἰπὲ, πλεῖον αὐτὸν ἀγαπήσει; ubi vid. interptt. Eodem modo utuntur Latini *quis* pro *uter*. Phædr. Fab. i. 13. 7. 'rursus intendit cutem Majore nisu; et simili quæsivit modo, Quis major esset?' ubi sermo est de rana et bove. Vid. ibi Burmann. et Heusinger. Alterum, quod offendat, hoc est, quod sensus requirere videatur τί ποτε χρὴ φάναι μᾶλλον πρὸς ἀλήθειαν εἶναι. Sed videtur tantum, non flagitat revera. Etenim quod interrogatur πότερόν ἐστι πρὸς ἀλήθειαν, id, si rem ad vivum resecueris, hunc sensum præbebit: *utrum cum veritate convenit, ei respondet?* In qua sententia meo quidem judicio non egebimus comparativo μᾶλλον, quoniam nonnisi alterutrum, aut *sincerum et genuinum*, aut *magnum et multum*, ad veritatem accedere ponitur, neque vero ambo simul, alterum magis, alterum minus. Ita hoc quidem loco ne minimam quidem mutationem necessariam arbitror. Stalb.

μηδὲν—ἐπιστήμης] Male vulgo post ἐπιστήμης majorem interpunctionem inferunt. Verba hoc modo cohærent: μηδὲν ἡδονῆς τε καὶ ἐπιστήμης ἐπιλείπειν ἐλέγχων, εἰ τὸ μὲν αὐτῶν ἑκατέρου κ. τ. λ. Protagor. p. 310. D. ὡς οὔτ' ἂν τῶν ἐμῶν ἐπιλείποιμι οὐδὲν, οὔτε τῶν φίλων. ubi vid. Heind. Stalb.

προελόμενοι] Stefh. 'For. καὶ προε-

ΠΡΩ. Τί οὖν προειλόμεθα; II. 53.

ΣΩ. Τὸ λευκὸν ἐν τοῖς πρῶτον,[a] εἰ βούλει, θεασώμεθα γένος.

ΠΡΩ. Πάνυ μὲν οὖν.

§. 121. ΣΩ. Πῶς οὖν ἂν[b] λευκοῦ καὶ τίς καθαρότης ἡμῖν εἴη; πότερα τὸ μέγιστόν τε καὶ πλεῖστον ἢ τὸ ἀκρατέστατον,[c] ἐν ᾧ χρώματος μηδεμία μοῖρα ἄλλη μηδενὸς ἂν[d] εἴη;

ΠΡΩ. Δῆλον ὅτι τὸ[e] μάλιστ' εἰλικρινὲς[f] ὄν.

ΣΩ. Ὀρθῶς. ἆρ' οὖν οὐ[g] τοῦτο[h] ἀληθέστατον, ὦ Πρώταρχε, καὶ ἅμα δὴ[i] κάλλιστον τῶν λευκῶν πάντων θήσομεν, ἀλλ' οὐ τὸ πλεῖστον οὐδὲ τὸ μέγιστον;

Γ et post lituram Δ.—[a] πρῶτον ΧΔΠ: πρότοις °Γ.—[b] ἂν ΔΠ: αὖ °Γ.—[c] ἀκρατέστατον Η et corr Σ, ἀκρότατον γρ ΣΒCEac.—[d] ἐν ΧΔΠ.—[e] τὸ om Λ.—[f] μάλισθ' εἰλικρινὲς Γ.—[g] οὐ add ΔΠ.—[h] τοῦ Π.—[i] δὴ καὶ F.—[b] καθαροῦ ΧΠ et pr (ut vide-

λόμεθα.' non male: sed sine idonea tamen causa, nam sermo quotidianus fere negligit hæc orationis vincula. Ficin.

προειλόμεθα] Quod Stephanus malebat, non modo non necessarium, sed ne usitatum quidem existimo. Namque post οὕτω, τοῦτο, τόδε enuntiationes explicativæ absque copula subnexæ solent, sive explanatio ad rem ipsam et materiam spectet, sive ad formam rei, ut h. l. Cfr. Heind. ad Phædon. §. 36. ad Sophist. §. 52. Stall.

ἐν τοῖς πρώτοις] Ita cum Bekk. scripsi. Ficinus: *album si est primo genus consideremus.* Cfr. Hemsterhus. ad Lucian. t. i. p. 171. ed. Bip. Matth. Gr. Gr. §. 280. Vulgo ἐν τοῖς πρώτοις. Stall.

§. 121. πῶς οὖν ἄν] Ita reponi jubebant grammaticæ rationes. Dedit etiam Bekk. Vulgo pessime πῶς οὖν αὖ. Sophist. p. 233. A. Πῶς οὖν ἂν ποτέ τις πρὸς γε τὸν ἐπιστάμενον—δύναιτο ὀρθῶς τι λέγων ἀντειπεῖν; ibid. Τί ποτ' οὖν ἂν εἴη τὸ τῆς σοφιστικῆς δυνάμεως θαῦμα. ibid. p. 238. Πῶς οὖν ἂν ἡ διὰ στόματος φθεγξαίτο ἄν τις ἢ καὶ τῇ διανοίᾳ τοναρόντων λάβοι τὰ μὴ ὄντα. Sed satis emendata est hæc particularum constructio. Cfr. Creuzer. ad Plotin. de Pulcritud. p. 362. Nolim vero invertam collocationem damnare. Cf. Phædon. p. 64. A. πῶς ἂν οὖν δὴ τοῦθ' οὕτως ἔχοι. Aristoph. Equit. 17. πῶς ἂν οὖν ποτε εἶπαιμ' ἂν αὐτὸ δῆτα καμψευματιεῖν. Stall. qui sic in Addend. ' Estote factum est, ut collocationem particularum πῶς ἂν οὖν non damnandam dicerem. Volebam contrarium. Nam πῶς ἂν οὖν est longe frequentissimum. Quare non probo Creuzeri rationem, qui ad Plotin. p. 362. lectionem cod. Voss. πῶς ἂν οὖν ἴδοις ψυχήν prætulit ratiori structuræ: πῶς οὖν ἂν ἴδοις ψύχην, quam habet edit. Basil. et cod. Marc. C. Cfr. Plat. Hipp. Maj. p. 237. A. Τίς οὖν ἂν ἡμῖν τοιοῦτος λόγος φανείη; Xenoph. Cyrop. ii. 1. 17. τί οὖν ἄν. Clearchus Athen. ii. 488. εἴη οὖν ἄν. Xenoph. de Republ. Athen. i. 8. εἴη μὲν οὖν ἄν. In Aristoph. Pace 1024. per metri necessitatem legendum: τίς οὖν ἂν οὐκ ἀκαυτίσειεν.'

ἀκρατέστατον] Stephn. ' Legitur etiam ἀκρότατον' sed Ficinus alteram lectionem sequitur, quæ etiam præstare videtur.' recte. In Bas. 2. est ἀκρότατον. Sed Ficinus vertit, *an quod illa sinceram, ut nihil in eo coloris alterius insit.* Nam ἀκρατέστατον ductum est ab ἄκρατος, hoc est, Hesychio interprete, ἀμιγὴς, ἀσυγκέραστος, ita ut verba ἐν ᾧ—ἂν εἴη interpretationis causa a Socrate adjecta appareat. Ficin.

ἀκρατέστατον] Vulgatam lectionem recte habere cum res ipsa, tum ea, quam proxime sequuntur ἐν ᾧ χρώματος μηδεμία μοῖρα luculenter evincunt. Nempe ἀκρατέστατον ductum est ab ἄκρατος, h. e. ἀμιγὴς, ἀσυγκέραστος, ut Hesychius interpretatur. Stall.

ΠΡΩ. Ὀρθότατά γε.

ΣΩ. Σμικρὸν ἄρα καθαρὸν λευκὸν[b] μεμιγμένου[c] πολλοῦ λευκοῦ λευκότερον ἅμα καὶ κάλλιον[d] καὶ ἀληθέστερον ἐὰν φῶμεν γίγνεσθαι, παντάπασιν ἐροῦμεν ὀρθῶς.

ΠΡΩ. Ὀρθότατα μὲν οὖν.

ΣΩ. Τί οὖν; οὐ δή που πολλῶν δεησόμεθα[e] παραδειγμάτων τοιούτων ἐπὶ τὸν τῆς ἡδονῆς πέρι λόγον,[f] ἀλλ' ἀρκεῖ
11. iii. 223. νοεῖν ἡμῖν αὐτόθεν, ὡς ἄρα καὶ ξύμπασα ἡδονὴ σμικρὰ μεγάλης καὶ ὀλίγη πολλῆς καθαρὰ λύπης ἡδίων καὶ ἀληθεστέρα καὶ καλλίων γίγνοιτ' ἄν.

ΠΡΩ. Σφόδρα μὲν οὖν, καὶ τό γε[g] παράδειγμα ἱκανόν.[h]

ΣΩ. Τί δὲ[i] τὸ[j] τοιόνδε; ἆρα περὶ ἡδονῆς οὐκ ἀκηκόαμεν ὡς ἀεὶ[k] γένεσίς ἐστιν, οὐσία δὲ οὐκ ἔστι τὸ παράπαν

tur) Δ.—[c] μεμιγμένον Π.—[d] κάλλιστον Π.—[e] δεηθησόμεθα F.—[f] λόγον Π.—[g] δὲ Π.—[h] παράδειγμα ἱκανὸν in mg ponit Δ.—[i] δαὶ Δ.—[j] τὸν Γ, περὶ τὸ μι E.—[k] ἀεὶ

*σμικρὸν ἄρα καθαρὸν λευκὸν—ἐροῦμεν ὀρθῶς*] Ficinus vertit: *si ergo quod partum purumque album est, admixto multo albo, albius simul, et pulcrius et verius esse dicamus, recte penitus asseremus?* Qua versione philosophi sententia pervertitur. Neque enim Plato dicit, album colorem, si multum albi coloris admisceatur, candidiorem et pulchriorem futurum: sed hoc potius, exiguam quandam albi coloris particulam, modo puri ac sinceri, candidiorem, puriorem et veriorem esse, quam multitudinem quidem, sed permixtæ albedinis; ut Schützius bene animadvertit. Itaque *μεμιγμένον* non est *admixtum*, sed *mixtum, impurum*; et *μεμιγμένου πολλοῦ λευκοῦ* non sunt genitivi absoluti, ut Ficinus putavit, sed reguntur hi genitivi a comparativo *λευκότερον*. Stalb.

*αὐτόθεν*] **Est ex hoc ipso exemplo.** Lachet. p. 183. C. *ἔξεστι δὲ καὶ αὐτόθεν ἡμῖν σκέψασθαι.* Gorg. p. 470. *τί δαί; συγγενόμενος ἂν γνοίης, ἄλλως δὲ αὐτόθεν οὐ γιγνώσκεις, ὅτι εὐδαιμονεῖ.* Phædr. p. 265. C. *τόδε τοίνυν αὐτόθεν λάβωμεν, ὡς ἀπὸ τοῦ ψέγειν πρὸς τὸ ἐπαινεῖν ἔσχεν ὁ λόγος μεταβῆναι.* Stalb.

§. 122. *μεγάλης καὶ ὀλίγη*] Haud scio an hic latent vitium. Neque enim voluptas pura, etiamsi parva sit, sic simpliciter verior dici potest magna et multa voluptate; potest quippe etiam magna voluptas esse purissima. Neque etiam antea tale quid de colore contenderat Socrates, sed hoc potius dixerat, magnam albedinis partem, si non sit pura, sed mixta, minus sinceram et veram esse, quam minimam, nec tamen alienis partibus affectam. Quare nondum displicet, quod jam diu in margine notaveram *ὡς ἄρα καὶ ξύμπασα ἡδονὴ σμικρὰ μεγάλης μεμιγμένης καὶ ὀλίγη πολλῆς κ. τ. λ.* Postea Heindorf. idem conjecisse non sine voluptate animadverti. Stalb.

*γένεσις—οὐσία*] Postquam effectum est, nil interesse, quam magna sit voluptas, sed quam sincera et pura, Socrates paullo celerius progreditur ad aliam quæstionem, unde, quodnam pretium voluptati statuendum sit, clarius patent. Ponit enim nunc duo rerum genera, alterum earum, quæ non pendeant aliunde, sed per se absolvantur (*das Absolute*); alterum illarum, quæ quoniam semper, quum ex aliis aptæ sint, alio tendant atque referantur (*das Relative*). Ac illud quidem natura sua præclarum et venerandum dicit, hoc non item, quia non sit sibi ipsum sufficiens, sed indigeat alienis. Jam ad illud pertinet *ἡ οὐσία* (*das Ideale*), ad hoc vero *ἡ γένεσις* (*das Reale*). Hæc enim ad illam tendit tanquam ad suum finem, neque contra. Quum vero ostensum sit antea, voluptatem oriri ex harmoniæ turbatæ restitutione, ita ut eam *γένεσιν* esse concedi debeat, hinc sponte intelligitur, male

ἡδονῆς; κομψοί[l] γὰρ δή[m] τινες αὖ τοῦτον τὸν λόγον ἐπὶ χειροῦσι μηνύειν ἡμῖν, οἷς δεῖ χάριν ἔχειν.

ΠΡΩ. Τί δή;

ΣΩ. Διαπεπανοῦμαί[n] σοι τοῦτ' αὐτὸ[o] ἐπανερωτῶν, ὦ Πρώταρχε φίλε.

ΠΡΩ. Λέγε καὶ ἐρώτα μόνον.

§. 123. ΣΩ. Ἔστιν δή τινε δύο,[p] τὸ μὲν αὐτὸ καθ' αὑτό, τὸ δὲ ἀεὶ ἑφιέμενον ἄλλου. §. 33. P.

ΠΡΩ. Πῶς τούτω[q] καὶ τίνε λέγεις;

ΣΩ. Τὸ μὲν σεμνότατον ἀεὶ πεφυκός, τὸ δ' ἐλλιπὲς[r] ἐκείνου.

ΠΡΩ. Λέγ' ἔτι[s] σαφέστερον.

ΣΩ. Παιδικά που καλὰ[t] κἀγαθὰ[u] τεθεωρήκαμεν ἅμα καὶ ἐραστὰς ἀνδρείους αὐτῶν.

ΠΡΩ. Σφόδρα γε.

ΣΩ. Τούτοις τοίνυν ἐοικότα δυοῖν οὖσι δύ' ἄλλα ζήτει[v] κατὰ πάνθ'[w] ὅσα λέγομεν εἶναι τὸ τρίτον[x] ἑτέρῳ.

Δ.—[l] : κομψοὶ Ξ.—[m] δὴ ΓΠ.—[n] διαπεπανοῦμαι...] hæc non alteri dat Ξ.—[o] αὐτὸ om ΑΔΠ.—[p] δύω ΑΓΑΣΒCΓΗ.—[q] τοῦτο ΑΠ.—[r] ἐλλειπὲς Α.—[s] ἔτι ΑΔ: τι °Σ.—[t] πολλὰ Δ.—[u] κἀγαθὰ Γ: καὶ ἀγαθὰ °Σ.—[v] ζήτει ΔΛΠΣΡ: ζητεῖ °Σ.—[w] πάνθ'

eos statuere, qui illam τἀγαθὸν, *bonum summum*, habeant, quippe quod sibi sufficiens (ἱκανὸν) esse debeat neque ab alio aptum. Stall.

κόμψοι] Sæpe simpliciter dicuntur platonici sine ulla ironiæ significatione, ut de Republ. vi. p. 505. B. ἀλλὰ μὴν καὶ τόδε γε οἶσθα, ὅτι τοῖς μὲν πολλοῖς ἡδονὴ δοκεῖ εἶναι τὸ ἀγαθὸν, τοῖς δὲ κομψοτέροις φρόνησιν. Vid. Ruhnken. ad Tim. p. 162. Stall.

§. 123. λέγε τί] Fort. λεγ' ἔτι. Steph. qui sic in Not. 'Emendationem confirmant quidam loci in quibus ita utitur particula ἔτι ante hoc ipsum comparativum.' Recte conjecit Steph. Stall.

παιδικὰ που καλὰ καὶ ἀγαθὰ] Cur hoc cum Bekk. mutaverim, e sequentibus patebit.—Mox cum eodem ζήτει reposui pro vulg. ζητεῖ, sensu postulante. Stall.

ἑτέρῳ] Sic Ficinus quoque legit, vertit enim, *duo quædam consimilia quærre per omnia, quæcunque dicimus alteri tertium esse.* Sed Cornarius ἑτέρῳ corruptum judicabat, pro quo restituendum esset αὐτῷ, ut etiam hoc loco Plato respexisse videretur ad proverbium τὸ τρίτον τῷ σωτῆρι, quo utitur dialogo hoc extremo et in Charmide p. 248. Bas. 2. et de Rep. ix. p. 459. aliisque locis. Conjectura ipsa elegans est: sed displicebat nobis vel propterea, quod σωτῆρι a verbo ἑτέρῳ, qua figuram, qua sonum, litterarum, nimium discrepat, et quod sic desideratur articulus τῷ. Ficin.

κατὰ πάντα ὅσα λέγομεν—ἑτέρῳ] Hæc perobscura sunt. Ficinus vertit: *duo quædam consimilia quærre per omnia, quæcunque dicimus alteri tertium esse.* E quibus verbis cum vulgatam lectionem habuisse, facile intelligitur. Cornarius, homo ingenii non acutissimi, vocem ἑτέρῳ corruptam arbitratus τρίτον σωτῆρι legendum esse censuit. Quam conjecturam ille pingui Minerva fecit, ut innumeras alias. Neque enim intelligitur, quamnam ratio sit allusionis istius ad illud τὸ τρίτον τῷ σωτῆρι, neque carere sic possumus articulo τῷ. Nihil esse mutandum, recte monuit Schleiermacher, qui locum acute ita interpretatur: *Der Ausdruck ist nur für eine einfache*

ΠΡΩ. Λέγε σαφέστερον, ὦ Σώκρατες, ὅ τι λέγεις.[y]

vi. iii. 224. ΣΩ. Οὐδέν τι ποικίλον, ὦ Πρώταργε· ἀλλ' ὁ λόγος ἐρεσχελεῖ[z] νῶν, λέγει δ' ὅτι τὸ μὲν ἕνεκά του τῶν ὄντων ἐστὶ ἀεί, τὸ δ' οὗ χάριν ἐπάστοτε τὸ τινὸς ἕνεκα γιγνόμενον ἀεὶ γίγνεται.

§. 124. ΠΡΩ. Μόγις ἔμαθον διὰ τὸ πολλάκις λεχθῆναι.

ΣΩ. Τάχα δ' ἴσως, ὦ παῖ, μᾶλλον μαθησόμεθα προ-

vi. 84. ελθόντος τοῦ λόγου.

ΠΡΩ. Τί γὰρ οὔ;

ΣΩ. Δύο δὴ τάδε ἕτερα λάβωμεν.

ΠΡΩ. Ποῖα;

ΣΩ. [a]Ἓν μέν τι[a] γένεσιν πάντων, τὴν δὲ[b] οὐσίαν ἕτερον ἕν.

ΠΡΩ. Δύ'[c] ἀποδέχομαί σου ταῦτα, οὐσίαν καὶ γένεσιν.

ΣΩ. Ὀρθότατα. πότερον οὖν τούτων ἕνεκα ποτέρου, τὴν γένεσιν οὐσίας ἕνεκα φῶμεν ἢ τὴν οὐσίαν εἶναι γενέσεως ἕνεκα;

§. 125. ΠΡΩ. Τοῦτο[d] ὃ προσαγορεύεται οὐσία, εἰ[e] γενέσεως ἕνεκα τοῦτ' ἔστιν ὅ πέρ[f] ἐστι, νῦν πυνθάνει;

Γ.—[a] τι ἕτερον corr Σ.—[y] ὅτι καὶ λέγεις ΞF.—[z] ἐρεσχερεῖ Γ, ἐρεσχηλεῖ corr Χ.—[a] τοι Λ.—[b] δὲ om H.—[c] δύ' Γ.—[d] τοῦτο...] hæc non alteri dant ΓΔΛΠΣΒCFH.—

*Sache scherzhaft gekünstelt, um das Verhältniss auszudrücken, welches eines zum andern hat, selbst also das Dritte zu beiden seyend.* Quæ sententia egregie confirmatur verbis sequentibus: οὐδέν τι ποικίλον, ἀλλ' ὁ λόγος ἐρεσχελεῖ νῷν. Enimvero ἐρεσχελεῖν, auctore Mar. p. 159. ed. Pierson. Ἀττικῶς dicitur τὸ διαπαίζειν. Phavorin. Ἐρεσχελεῖ· ἀντὶ τοῦ φλυαρεῖ καὶ ἀντὶ τοῦ ἀτιμάζει. Hesych. Ἐρεσχελεῖ· ἀηδίζεται, ὀχλεῖται, ἐρεθίζει, ἀδολεσχεῖ, χλευάζει, παίζει, σκώπτει, διαμάχεται, ut Albertus edidit. Cfr. Thom. Mag. p. 363. et Bekkeri Anecdot. Græc. t. i. p. 258. De Rep. viii. p. 564. ὡς πρὸς παῖδας ἡμᾶς παιζούσας καὶ ἐρεσχελούσας, ὡς δὴ σπουδῇ λεγούσας. Stalb.

οὐδέν τι ποικίλον] H. e. *nihil, quod deludat ac difficile sit intellectu.* Sympos. p. 29. ed. Wolf. Καὶ δὴ καὶ ὁ περὶ τὴν ἔρατα νόμους ἐν μὲν ταῖς ἄλλαις πόλεσι ποιῆσαι ῥᾴδιος— ὁ δὲ ἐνθάδε καὶ ὁ ἐν Λακεδαίμονι ποικίλος, quod postea ita explicatur: ἐνθάδε δὲ πολὺ τούτων κάλλιον νενομοθέτηται, καὶ ὅπερ εἶπον, οὐ ῥᾴδιον κατανοῆσαι. Gorg. p. 491. D. οὐδέν ποικίλον; ubi vid. Heind.—De iis, quæ nunc de οὐσίᾳ et γενέσει disputantur, alio loco monui. Stalb.

§. 124. πότερον οὖν τούτων ποτέρου ἕνεκα] De hac interrogandi forma, utriusque linguæ auctoribus satis usurpata, præter alios cfr. Heind. ad Gorg. p. 9. et ad Hipp. Maj. p. 140. Stalb.

τοῦτο—πυνθάνῃ] Steph. 'Hæc quoque a Socrate dicuntur apud Ficinum, qui νῦν πυνθάνῃ a præcedentibus sejungit, et vertit, *An percipis?* Idem φαίνομαι et sex proxime sequentia vocabula tribuit Protarcho. Sic autem ea reddit, ac si legisset, ἀλλὰ πρὸς θεῶν τί ἐπερωτᾷς με;' recte. vertit enim, *Sed per deos quid me interrogas?* Sed verba τοῦτο ὃ προσαγ. Protarcho, et verbum φαίνομαι Socrati, et verba πρὸς θεῶν—με Protarcho, tribuuntur in exemplo versionis Ficini, Basileæ a. 1539. ex officina Frobe-

ΣΩ. Φαίνομαι.

ΠΡΩ. Πρὸς θεῶν[g] ἆρ' ἂν ἐπανερωτᾷς[h] με;[i]

ΣΩ. Τοιόνδε[j] τι λέγω,[k] ὦ Πρώταρχέ μοι,[l] πότερα[m] πλοίων ναυτηγίαν ἕνεκα φὴς γίγνεσθαι μᾶλλον ἢ πλοῖα ἕνεκα[n] ναυτηγίας;[o] καὶ πάνθ' ὁπόσα τοιαῦτ' ἐστί, λέγω[p] τοῦτ' αὐτό,[q] ὦ Πρώταρχε. II. iii. 225.

ΠΡΩ. Τί οὖν οὐκ αὐτὸς ἀπεκρίνω σαυτῷ, ὦ Σώκρατες;

[g] : οἱ ΔΠΣ. ἢ ω.—[i] ἔστιν ὅπερ om H.—[g] θεῶν οὖν ἆρ' corr Σ.—[h] ἐπανερωταῖς ΧΔ Π : ἐπερωτᾷς °τ.—[i] με om Σ.—[j] τοιόνδε...] haec eidem dant ΞΕΗ.—[k] τινα λέγον corr Σ.—[l] μοι ΑΓΔΔΞΠΒCΕΡΗω, με Σ : σοι °τ.—[m] πότερον Ε.—[n] ἕνεκα add ΧΓ ΔΠ.—[o] ναυτηγεῖαι Λ.—[p] : λεγω ΞCΕ, πότερα λέγω corr Σ.—[q] τούτων corr Σ.—

niana emisso : et verba τοῦτο—πανθάνῃ ita conversa leguntur. *Hoc quod appellatur Essentia, an generationis (passivum diximus? haecine est, quod nunc percontaris?* Fieri potest, ut haec a Gryanio mutata sint, qui præfuit illi editioni. Neque enim eam nobis vacavit cum superioribus editionibus comparare. Fischr.

§. 125. τοῦτο, ὃ προσαγορεύεται—ὅπερ ἐστίν] In antiquissima Ficini versione Socrati tribuuntur, ita ut νῦν πανθάνῃ (quod vertatur : *an percipis?*) a reliquis segregatur, et sex proxime sequentia vocabula Protarcho tribuantur. Recte habet vulgata. Stalb.

πρὸς θεῶν, ἆρ' ἂν ἐπανερωτᾷς με ;] Ita Bekker. Reliqui edidit, ἆρ' ἂν ἐπερωτᾷς με ; Certum est, utramque scripturam esse vitiosam. Etenim quamnam vim particula ἂν habeat, nemo quisquam explicuerit. Hinc Schleiermacherus ἆρ' οὖν ἔτι ἐρωτᾷς ; legendum conjecit. Verum nec haec scriptura omnes removet difficultates. Fatuus enim et ineptus futurus esset Protarchus, si Socrate quærente, num adhuc ab eo interrogatur. Accedit, quod ita nec Socratis respondendi justam habitura esset rationem. Quæritur enim, an scribi debeat : ποῖον ἆρ' ἐπανερωτᾷς με ; cui interrogationi bene respondent Socratis verba τοιόνδε τι λέγω κ. τ. λ. Verum scripsi pro ἐπανερωτᾷς, quod cum Bekkero recepi. Neque quæret Protarchus, quidnam sit, quod denuo interroget Socrates praeter illa, quæ antea jam erat de οὐσίᾳ et γενέσει disputatus. Ita legitur Lin. p. 26. D. Stalb.

σοι] Add. Bas. 1. 2. μοι. recte. Ficinus. *Quærendi quid interrogo.* Fischr.

πλοίων ναυτηγίαν] Notanda est verborum collocatio. Namque ἕνεκα post ναυτηγίαν demum infertur, quum proprie post πλοίων debuisset. Sed ita solent Graeci, ne vocabula sibi invicem opposita interjecta praepositione dividantur. Notae sunt omnibus formulae ἐπ' αὐτὸς αὐτῷ, ἐπ' ἄλλοις ἄλλῳ pro αὐτὸς ἐπ' αὐτῷ, ἄλλοις ἐπ' ἄλλῳ. Itaque haud scio an mox non scribendum sit cum Bekkero ἢ πλοῖα ἕνεκα ναυτηγίας, quam propositionis repetitio per usum loquendi non requiratur. Gorg. p. 468. A. πότερον οὖν τὰ μεταξὺ ταῦτα ἕνεκεν τῶν ἀγαθῶν πράττουσιν, ὅταν πράττωσιν, ἢ τἀγαθὰ τῶν μεταξύ ; Stalb.

τί οὖν οὐκ αὐτὸς ἀπεκρίνω σαυτῷ ;] *Quin tu tibi ipse respondes?* h. e. *age igitur, jam tibi ipse responde!* Frequens est in Platone et Xenophonte, aliisque scriptoribus hic usus aoristi post τί οὖν et τί οὐ ibi. Protagor. p. 310. A. Τί οὖν οὐ διηγήσω ἡμῖν τὴν ξυνουσίαν ; ibid. p. 317. D. Τί οὖν, ἔφην ἐγώ, οὐ καὶ Πρόδικον ἢ Ἱππίαν ἐκαλέσαμεν. Gorg. p. 503. B. ἢ εἴ τινα ἔχεις τῶν ῥητόρων τοιοῦτον εἰπεῖν, τί οὐχὶ καὶ ἡμεῖς αὖ τὰ ἔφρασαι, τίς ἐστι. ubi vid. Heind. Sophist. p. 251. E. Τί οὖν οὐ καὶ' ὃ ἀπορῶ ἀμαυρὸν ἐφ' ἑκάστου τὰ ξυμβαίνοντα ἐκείνῳ ; Menexen. p. 236. C. ΣΩ. Εἰ μὴ ἀδικῶ γε. ἀκήκοα γὰ τοι παρ' αὐτῆς καὶ ὀλίγου πληγὰς ἔλαβον, ὅτι ἐπελανθανόμην. MEN. Τί οὖν οὐ διῆλθες ; ΣΩ. Ἀλλ' ὅπως μή μοι χαλεπαν. ἢ διδάσκαλος, ἂν ἐξεπίστηκα αὐτῆς τὸν λόγον. Xenoph. Cyrop. iv. 1. 4. Τί οὖν, ἔφη ὁ Κῦρος, οὐ καὶ τὴν διαιτὰν ἐλεξάς μοι, εἰ οὕτω, πόση τις ἡ προσήκουσα, καὶ πάλιν τὴν ἑωθινήν ; ubi recte Weiskius : *Haec interrogatio alacritatem quandam animi et ardentem studii cupiendi, ut Latinorum quin tu mihi — respondes?* Heusd. i. 3. Τί οὖν οὐχὶ καὶ σὺ διδάσκεις με τὰ ἐν

ΣΩ. Οὐδὲν ὅ τι οὔ· σὺ[r] μέντοι τοῦ λόγου[s] συμμέτεχε.[t]

ΠΡΩ. Πάνυ μὲν οὖν.

ΣΩ. Φημὶ δὴ γενέσεως μὲν[u] ἕνεκα φάρμακά τε καὶ πάντα ὄργανα καὶ πᾶσαν ὕλην παρατίθεσθαι πᾶσιν, ἑκάστην δὲ γένεσιν ἄλλην ἄλλης οὐσίας τινὸς[v] ἑκάστης ἕνεκα γίγνεσθαι, ξύμπασαν δὲ γένεσιν οὐσίας ἕνεκα γίγνεσθαι[w] ξυμπάσης.[x]

ΠΡΩ. Σαφέστατα μὲν οὖν.

§. 126. ΣΩ. Οὐκοῦν ἡδονή γε, εἴ περ γένεσίς ἐστιν, ἕνεκά τινος οὐσίας ἐξ ἀνάγκης γίγνοιτ' ἄν.

ΠΡΩ. Τί μήν;

ΣΩ. Τό γε μὴν οὗ[y] ἕνεκα τὸ[z] ἕνεκά του γιγνόμενον ἀεὶ γίγνοιτ' ἄν, ἐν τῇ τοῦ ἀγαθοῦ μοίρᾳ[a] ἐκεῖνό ἐστι· τὸ δὲ τινὸς ἕνεκα γιγνόμενον εἰς ἄλλην, ὦ ἄριστε, μοῖραν θετέον.

ΠΡΩ. Ἀναγκαιότατον.

ΣΩ. Ἆρ' οὖν ἡδονή γε[b] εἴ περ γένεσίς ἐστιν, εἰς ἄλλην ἢ τὴν τοῦ ἀγαθοῦ μοῖραν αὐτὴν τιθέντες ὀρθῶς θήσομεν;

rr. iii. 226. ΠΡΩ. Ὀρθότατα μὲν οὖν.

ΣΩ. Οὐκοῦν, ὅ περ ἀρχόμενος εἶπον τούτου τοῦ λόγου, τῷ μηνύσαντι τῆς ἡδονῆς πέρι τὸ γένεσιν μέν, οὐσίαν δὲ

[r] οὔ καὶ σὺ corr Σ.—[s] λεγομένου w.—[t] συμμέτεχε ΧΔΠ: μέτεχε [e]γ.—[u] μ' Χ.—[v] τινος om F.—[w] ξυμπάσης F, ξύμπασαν...γίγνεσθαι om ΧΓΔ et pr Π.—[x] ξυμπασης Χ.—[y] οὗ τὸ Π.—[z] τὸ C, τῷ BF, τῷ Γ.—[a] μοῖραν H.—[b] τε Λ.—[c] ἐν τινοῦν H.—

τῷ ἰδιωτικῷ βίῳ; οὕτω γὰρ ἂν σοι οἶμαι μάλιστα ἐγὼ δύνασθαι δηλοῦν τὰ διαφέροντα κ. τ. λ. Memor. iii. 11. 15. Τί οὖν οὐ σύ μοι—ἐγένου συνθηρατὴς τῶν φίλων; ubi vid. Schneid. Adde Heind. ad Charmid. p. 60. Eurip. Heracl. 805. τί τήνδε γαῖαν οὐκ εἰάσαμεν; ubi Elmsleius laudat Æschyl. Prom. 746. Aristoph. Vesp. 213. Lysistr. 181. et ibid. 1103. ubi præsens usurpatur, Τί οὐ καλοῦμεν δῆτα τὴν Λυσιστράτην. Stalb.

οὐδὲν δ,τι οὔ] Ficinus, *nihil prohibet*, quasi legisset οὐδὲν κωλύει. Supplendum ἀποκρινοῦμαι i. e. πάντα σοι ἐρῶ. Mox quod Bekk. συμμέτεχε pro vulgat. μέτεχε edidit, id multum vereor, ut idoneis rationibus defendi possit. Duriter certe dictum μέτεχε τοῦ λόγου σὺν ἐμοί, quando duo tantum colloquuntur.—Ceterum in Aldin. vices colloquentium hæ sunt: ΣΩ. Τοιόνδε τι λέγω—τοιαῦτ' ἐστί. ΣΩ. Λέγω— ΠΡΩ. Οὐδὲν δ, τι οὔ. ΣΩ. Σὺ μέντοι τοῦ λόγου ctr. Pessime. —In seqq. ἑκάστην δὲ γένεσιν ἄλλην ἄλλης οὐσίας τινος ἑκάστης ἕνεκα—γίγνεσθαι ξυμπάσης notabis oppositionem inter ἑκάστη et ξύμπασα atque inde oriundam periodi conformationem. Stalb.

§. 126. τό γε μὴν, οὗ ἕνεκα] Ita paullo post: τῶν, ὅσοι ἐξιόμενοι ἢ πείνην ἢ δίψαν—χαίρουσι. Sed jam supra monui de hoc articuli usu. Quod autem ἐκεῖνο post τό γε, vi demonstrativa præditum, infertur, neminem hoc offendet, qui legerit adnotationes Heindorfii ad Phædon. §. 83. et Schneiderі ad Xenoph. Cyrop. v. 2. 28. Stalb.

μηδ' ἡντινοῦν[c] αὐτῆς εἶναι, χάριν ἴσχειν δεῖ.[d] δῆλον γὰρ ὅτι οὗτος τῶν φασκόντων ἡδονὴν ἀγαθὸν εἶναι καταγελᾷ.[e]

ΠΡΩ.[f] Σφόδρα γε.

ΣΩ. Καὶ μὴν ὁ αὐτὸς οὗτος ἐκάστοτε καὶ τῶν ἐν ταῖς γενέσεσιν[g] ἀποτελουμένων καταγελάσεται.[h]

§. 127. ΠΡΩ. Πῶς δὴ καὶ ποίων λέγεις;

ΣΩ. Τῶν ὅσοι ἐξιώμενοι ἢ[i] πεινην ἢ δίψαν[j] ἢ[k] τι[l] τῶν τοιούτων, ὅσα γένεσις ἐξιᾶται,[m] χαίρουσι διὰ τὴν γένεσιν ἅτε ἡδονῆς οὔσης αὐτῆς, καί φασι ζῆν οὐκ ἂν δέξασθαι μὴ διψῶντές τε καὶ πεινῶντες καὶ τἆλλα, ἅ τις ἂν εἴποι, πάντα τὰ ἐπόμενα τοῖς τοιούτοις παθήμασι μὴ πάσχοντες.

ΠΡΩ. Ἐοίκασι γοῦν.

ΣΩ. Οὐκοῦν τῷ γίγνεσθαί[n] γε[o] τοὐναντίον ἅπαντες τὸ φθείρεσθαι φαῖμεν ἄν. II. 55.

ΠΡΩ. Ἀναγκαῖον.

ΣΩ. Τὴν δὴ[p] φθορὰν καὶ γένεσιν αἱροῖτ' ἂν ὁ[q] τοῦθ' αἱρούμενος, ἀλλ' οὐ τὸν τρίτον ἐκεῖνον βίον, τὸν ἐν ᾧ μήτε χαίρειν μήτε λυπεῖσθαι, φρονεῖν δ' ἥν[r] [δυνατὸν] ὡς οἷόν τε καθαρώτατα.

§. 128. ΠΡΩ. Πολλή τις, ὡς ἔοικεν, ὦ Σώκρατες, II. iii. 227.

[c] ἴσχειν δεῖ FG et corr Π, ἴσχειν δεῖν ΧΔΠ, δεῖν ἴσχειν Η : δεῖ ἴσχειν [e]τ.—[e] καταγελάσεται ΓΗ et γρ BC'w.—[f] ὁ libris deest.—[g] γένεσι Γ et pr Π.—[h] καταγελάσεται ἀποτελουμένων Γ.—[i] ἢ om ΧΔΠ.—[j] πεινῶν ἢ διψῶν Γ.—[k] εἴ Σ.—[l] τοι C.—[m] ἰᾶται Η.—[n] τὸ γενέσθαι ΧΠ et pr Δ.—[o] τε Λ, om ΔΠ.—[p] δὲ w.—[q] τις ΧΔΠ.

τἀγαθὸν εἶναι] Sponte reposui pro ἀγαθὸν εἶναι. Stalb.

καταγελᾷ] Stallb. 'Quidam vet. καταγελάσεται, ut statim post legitur.' Nunnius Ban. 2. Ficinus, *ab hac deridetur* : mox, *ridebit*. Sed καταγελᾷ hic verum est, nam καταγελᾷ est fut. Atticum, ut καταγελάσεται positum est pro fut. passivo. Ficin.

καταγελᾷ] Neque enim καταγελᾷ esse potest futurum, quoniam Attici nunquam καταγελάσω, sed semper καταγελάσομαι dixisse reperiuntur, neque καταγελάσεται sensu passivo accipiendum. Protagor. p. 355. C. ἂν οὖν τύχῃ ὁ ἰδιώτης ἡμῶν ὑβριστὴς ὤν, γελάσεται καὶ ἐρεῖ κ. τ. λ. Ibid. p. 357. D. νῦν δέ, ἂν ἡμῶν καταγελάτε, καὶ ἡμῶν αὐτῶν καταγελάσεσθε. Sensus hic est : *idem ille, qui voluptatem in continua generatione vitam esse existimat, eos etiam ridebit, qui his generationibus tantum pretium statuunt, ut eas ipsi vitae praeferendas arbitrentur.* Unde patet, verissimum esse καταγελᾷ. Mox καὶ μὴν ὁ αὐτὸς οὗτος e Bekkeri. dedi. In reliquis editt. articulus deest. Stalb.

§. 127. ἰζιώμενοι] De verbo ἰζιᾶσθαι cfr. quae dicta sunt ad §. 35.—Mox vocem δυνατὸν utpote vitii suspectam, uncis inclusi, praeeunte Bekkero. Videtur ea e glossemate sequentium verborum enata esse. Hesych. et Timaeus Ὡς οἷόν τε· ὡς δυνατόν.—Add. Ban. 1. 2. vitiose καθαρότατα, quod Stephanus jam correxit. Stalb.

ἀλογία ξυμβαίνει γίγνεσθαι, ἐάν τις τὴν ἡδονὴν ὡς ἀγαθὸν ἡμῖν τιθῆται.[s]

ΣΩ. Πολλή, ἐπεὶ[t] καὶ τῇδε ἔτι λέγωμεν.

ΠΡΩ. Πῇ;

ΣΩ. Πῶς οὐκ ἄλογόν ἐστι μηδὲν ἀγαθὸν εἶναι μηδὲ καλὸν μήτε ἐν σώμασι μήτ' ἐν πολλοῖς ἄλλοις πλὴν ἐν ψυχῇ, καὶ ἐνταῦθα ἡδονὴν[u] μόνον, ἀνδρίαν δὲ ἢ σωφροσύνην ἢ νοῦν ἤ τι τῶν ἄλλων[v] ὅσ'[w] ἀγαθὰ εἵληχε ψυχή, μηδὲν τοιοῦτον εἶναι; πρὸς τούτοις δὲ ἔτι τὸν μὴ χαίροντα, ἀλγοῦντα δὲ ἀναγκάζεσθαι φάναι κακὸν εἶναι τότε ὅταν ἀλγῇ, κἂν ᾖ ἄριστος πάντων, καὶ τὸν χαίροντα αὖ, ὅσῳ μᾶλλον χαίρει, τότε ὅταν χαίρῃ, τοσούτῳ[x] διαφέρειν πρὸς ἀρετήν.

ΠΡΩ. Πάντ' ἐστὶ ταῦτα, ὦ Σώκρατες, ὡς δυνατὸν ἀλογώτατα.[y]

§. 31. F. §. 129. ΣΩ. Μὴ τοίνυν ἡδονῆς μὲν πάντως[z] ἐξέτασιν πᾶσαν ἐπιχειρῶμεν ποιήσασθαι, νοῦ δὲ καὶ ἐπιστήμης οἷον

—[r] δεῖν Ξ.—[s] τὲ θῆται Γ.—[t] ἐπειδὴ ΞΣ.—[u] ἡδυνὴ ΞΕ.—[v] τοιούτων Δ.—[w] δσ' Γ. —[x] τοσούτω ΑΔΛΠΣΒCΗω: τοσοῦτον °ς.—[y] ἀλγότατον Λ.—[z] μὲν πάντως ΑΔΠ:

§. 128. πολλή τις—ἀλογία] Nemo non dixerit scribendum esse πολλήν τινα et ἀλογίαν: sed si locus hic emendetur, alium etiam quendam ei similem, aut etiam alios quosdam, emendare oportebit. Steph.

Mireris hic Stephanum, πολλήν τινα —ἀλογίαν corrigere tentantem. Fischerus vulgatam propterea sanam esse putabat, quoniam ἀλογία ξυμβαίνει γίγνεσθαι dictum esset pro ἀλογία γίγνεται. Verum enim hac ratione quomodo ea loca explicabis, ubi ξυμβαίνει cum accusativo et infinitivo jungitur? Utramque enim structuram usitatam esse constat. Scilicet aliquantum refert, utrum subjectum, quod dicunt, verbo συμβαίνει præmittatur, an vero postponatur. Illud si fit, nominativus casus usurpari consuevit; sin hoc, accusativus. De Republ. iv. p. 438. E. ἐπιστήμη—ποιᾷ δή τις συνέβη καὶ αὐτὴ γενέσθαι. Parmenid. §. 16. Heind. ἑκάστη τῶν παρ' ἡμῖν ὄντων ἑκάστου ἂν ἐπιστήμη συμβαίνει εἶναι. Phædon. p. 67. C. κάθαρσις εἶναι συμβαίνει τοῦτο. Contra Protagor. p. 333. C. συμβαίνει μέντοι ἴσως, καὶ ἐμὲ τὸν ἐρωτῶντα καὶ τὸν ἀποκρινόμενον ἐξετάζεσθαι. Phædon. p. 74. A. ἐρ' οὖν συμβαίνει τὴν ἀνάμνησιν εἶναι μὲν ἀφ' ὁμοίων, εἶναι δὲ καὶ ἀπ' ἀνομοίων; Polyb. ix. 23. διὰ τὸ προσφάτως αὐτὰ γεγονέναι, τελέως ἐναργῆ συμβαίνει τὴν γνῶσιν αὐτῶν ὑπάρχειν. Stalb.

ἐνταῦθα ἡδονὴν] Ald. Bas. 1. 2. ἡδονή. Male.—ἐνταῦθα sc. ἐν ψυχῇ.—μηδὲν τοιοῦτον sc. μηδὲ ἀγαθὸν, μηδὲ καλόν.—Pro εἵληχε ψυχὴ Ald. Bas. 1. 2. εἵληχε ψυχῇ. Non omnino male. Stalb.

κἂν ᾖ ἄριστος] *Quamvis optimus sit.* —διαφέρειν πρὸς ἀρετὴν *virtute excellere*; quæ locutio frequentior est, quam ut exemplis illustrari debeat. Stalb.

§. 129. μὴ τοίνυν ἡδονῆς κ.τ. λ.] Absoluta de voluptatis natura et variis generibus disputatione Socrates accedit ad mentis et sapientiæ naturam accuratius considerandam. In qua re ille sic versatur, ut quanta sit ejus præstantia et dignitas, luculenter ostendat. Stalb.

ἡδονῆς μέν] Bekkero delebatur; Ald. Bas. 1. 2. ἡδονῆς μέντοι. Quod cur ferri nequeat, facile videbunt, qui particularum Græcarum usum bene callent. Cfr. §. 136. πάντως ἔγωγε οἶμαι ἡγεῖσθαι ξύμπαντας. Stalb.

ἐξέτασιν ποιήσασθαι] Dictum pro ἐξετάσαι, usu frequentissimo. Isocrat. Areo-

φειδόμενοι σφόδρα[a] φανῶμεν· γενναίως δέ, εἴ πῃ[b] τι σαθρὸν ἔχει, πᾶν περικρούωμεν, ἕως ὅ τι καθαρώτατόν ἐστ' αὐτῶν φύσει, τοῦτο[c] κατιδόντες εἰς τὴν κρίσιν χρώμεθα τὴν κοινὴν τοῖς τε[d] τούτων καὶ τοῖς τῆς ἡδονῆς μίρεσιν ἀληθεστάτοις.

ΠΡΩ. Ὀρθῶς. tt. iii. 228.

ΣΩ. Οὐκοῦν ἡμῖν τὸ μέν, οἶμαι, δημιουργικόν ἐστι τῆς περὶ τὰ μαθήματα ἐπιστήμης, τὸ δὲ περὶ παιδείαν καὶ[e] τροφήν; ἢ πῶς;

μέντοι r.—[a] σφόδρα φειδόμενοι Γ.—[b] εἴποι Λ.—[c] τοῦτο φύσει Γ.—[d] τῆς τε ΧΓΛΑΒ

pugnt. p. 206. Ἔοικε τῷ δήμῳ κοινὴν ποιήσασθαι τὴν ἀπόδοσιν. de Permutat. p. 686. οἷς οὔτ' ἂν τολμηρὰν ἐποιησάμην τὴν ἐπιχείρησιν, εἰ μὴ καὶ δείξειν ἐμελλον ἑαυτὸν ἐλεύθερον, καὶ μᾶλλον ποιήσειν τὴν διάγνωσιν αὐτῶν. Lucian. Prometh. p. 18. Διάλογοι δὲ σεμνότατοι ἐποιεῖτο τὰς συνουσίας φυσικοῦ τε περὶ καὶ ἀρετῆς φιλοσόφου. Apud est, si dicitur ἐξέτασιν ποιεῖται, h. e. anatomiam case percurtationis, die Untersuchung veranstaltet, geschehen lassen. Sic σπονδὰς ποιεῖν de duo inducierum auctoribus apud Aristoph. Pac. 212. et 1199. εἰρήνην ποιεῖν de Lygeo paris suasore. Eam. 778. 785. ubi κρίσιν ποιεῖν est judicium instituere. Sed interdum activum pro medio usurpatur, ut Menexen. §. 1. ubi ταφὰς ποιεῖν legitur. Itaque non recte suspectum habuerunt locum Xenoph. Anab. iv. 2. 27. ubi de militibus Graecorum: Οἱ μὲν οὖν πρῶτοι ὅμιλον τρίψαι τινὶ ἐστρατοπεδεύοντο, οἱ δ' ὕστεροι σκοπαῖοι προσιόντες, ὡς ἐπήγχανον ἕκαστοι, τηλίζοντο καὶ κραυγὴν πολλὴν ἐποιουν, καλοῦντες ἀλλήλους, ὥστε καὶ τοὺς πολεμίους ἀκούειν. ubi Cyrop. iii. 1. 4. ubi vid. Fischer. iii. 3. 23. Codices discrepant. Omnino in hac formula activum longe usitatissimum, etiam apud scriptores. Ita Plutarch. Phocion. c. 33. ὡς δὲ θόρυβον καὶ κραυγὴν ἐποιουν. Stall.

εἴ πῃ τι σαθρὸν ἔχει] De voc. σαθρὸν cfr. Toup. ad Long. p. 322. Fischer. ad Kuhnium. §. 5. collat. Georg. p. 479. B. p. 495. E. Simillimus huic locus est Theaetet. p. 179. D. σκεπτέον τὴν φορομένην ταύτην οὐσίαν διακρούοντα, εἴτε ὑγιὲς εἴτε σαθρὸν φθέγγεται; ad quem locum Scholiasta ita annotat: ἐκ μεταφορᾶς τῶν διακρουόντων τὰ κεράμια, εἰ ἀκέραιά εἰσιν. Ad hoc scholion illustrandum, unde Wyttenbachius in animadversis. ad Plutarchi Moral. part. i. p. 479. Ruhnkenius in Adversariis adscripserat haec: ' Schol. ad Nub. 317. ibiq. Kuster. Plutarch. t. ii. p. 64. Corrig. Diog. Laert. p. 330. κομπεῖν confirmat Eustath. ad Il. M. p. 896. Suid. v. κροῦσις. Kust. ad Suid. t. iii. p. 207. et 245. ad Hesych. i. p. 336. Phavor. qui sequens scholion conjungit. Themist. p. 299. ad Lucian. t. ii. p. 842. Menag. ad Laert. p. 112. Phrynich. Ms. v. περικρούμενος. Toup. ad Longin. p. 192.' Eadem imagine utitur Lucian. Parasit. 3. t. ii. p. 841. Φέρε δὴ καθ' ἕκαστον τοῖς τῆς τέχνης εἴδεσιν ἐφαρμόζοντες τὴν παρασιτικὴν, εἰ συνῴδει, σκοπῶμεν, καὶ ὁ περὶ αὐτῆς λόγος· ἀλλὰ μὴ καθάπερ αἱ ποιηταὶ χίτραι διακρουόμεναι, μὴ σαθρὸν ὑποφθέγγηται. Damascius apud Suid. v. ν. πρόσοιτο. t. iii. p. 207. ἦν δὲ ἱκανὸς ἰδεῖν δεῖν τε σαθρὸν φθέγγεται ὁ λόγος καὶ δεῖν ὑγιές. Ex his utrumque complurimis locis Wyttenbachius l. c. scribendum hic esse conjecit εἴ πῃ τι σαθρὸν ἠχεῖ, quod etsi elegantissimum est, tamen non necessarium puto. Stall.

οὐκοῦν ἡμῖν τὸ μὲν κ. τ. λ.] Structura verborum paullo impeditior haec est: οὐκοῦν ἡμῖν τῆς περὶ τὰ μαθήματα ἐπιστήμης τὸ μὲν δημιουργικόν ἐστι, τὸ δὲ περὶ παιδείαν καὶ τροφήν; Dicuntur autem μαθήματα nunc sensu latiore ἅπαντα μανθάνομεν, unde τὸ μὲν αὐτῶν δημιουργικόν ἐστι, h. e. artes et opificia spectat, τὸ δὲ περὶ τροφὴν καὶ παιδείαν, h. e. ad eruditionem et vitae cultum refertur. Antea haec verba nolim interpretari. Scripsimus vero cum Bekk. περὶ παιδείαν καὶ τροφήν, quemadmodum haec verba saepenumero conjuncta reperiuntur. Vulgo ἢ τροφήν. Tim. p. 19. D. καὶ ἐν τῷ πολεμεῖν τὰ προσήκοντα ἀποδιδόναι τῇ παιδείᾳ καὶ τροφῇ. Phaedon. p. 107. D. οὐδὲν γὰρ ἄλλο ἔχουσα εἰς ἅδου ἡ ψυχὴ ἔρχεται πλὴν τῆς παιδείας τε καὶ τροφῆς.

ΠΡΩ. Οὕτως.

§. 130. ΣΩ. Ἐν δὴ ταῖς χειροτεχνικαῖς διανοηθῶμεν

ἃ δὴ καὶ λέγεται μέγιστα ὠφελεῖν ἡ βλάπτειν τὸν τελευτήσαντα εὐθὺς ἐν ἀρχῇ τῆς ἐκείσε πορείας. ibid. p. 81. D. τὰς τῶν φαύλων (ψυχὰς) al περὶ τὰ τοιαῦτα ἀναγκάζονται πλανᾶσθαι, δίκην τίνουσαι τῆς προτέρας τροφῆς κακῆς οὔσης. ibid. p. 84. A. ἡ ψυχὴ—τὸ ἀληθὲς καὶ τὸ θεῖον, καὶ τὸ ἀδόξαστον θεωμένη καὶ ὑπ' ἐκείνου τρεφομένη. ubi deinceps: ἐκ δὴ τῆς τοιαύτης τροφῆς οὐδὲν δεινὸν μὴ φοβηθῇ. de Republ. ii. p. 376. E. ῥᾴψονται δὲ δὴ ἡμῖν οὗτοι καὶ παιδευθήσονται τίνα τρόπον; ubi paullo post: τίς οὖν ἡ παιδεία; ἢ χαλεπὸν εὑρεῖν βελτίω τῆς ὑπὸ τοῦ πολλοῦ χρόνου εὑρημένης; ἔστι δέ που ἡ μὲν ἐπὶ σώμασι γυμναστική, ἡ δ' ἐπὶ ψυχῇ μουσική. Criton. §. 5. ἡ γὰρ οὐ χρὴν ποιεῖσθαι παῖδας, ἢ ξυνταλαιπωρεῖν καὶ τρέφοντα καὶ παιδεύοντα. ibid. §. 12. ἀλλὰ τοῖς περὶ τὴν τοῦ γενομένου τροφήν τε καὶ παιδείαν, ἐν ᾗ καὶ σὺ ἐπαιδεύθης; quo loco paullo ante post τούτοις ἡμῶν voc. τοῖς νόμοις, et mox post ἐπὶ τούτῳ τεταγμένοι voc. νόμοι unicuique locum attente legenti ab interpolatorum manibus profectum esse videbitur. Alcibiad. i. p. 121. A. τῆς δὲ σῆς γενέσεως καὶ τροφῆς καὶ παιδείας. de Legg. xi. p. 920. A. ὅσοι γενέσει καὶ τροφαῖς εὖ πεπαίδευνται. ibid. p. 926. E. μετὰ μὲν οὖν τὴν πρώτην ἑκάστοις εἴρηνται τροφαὶ καὶ παιδεύσεις. ibid. p. 927. B. καὶ εὐλαβούμενον περὶ τροφήν τε καὶ παιδείαν ὀρφανῶν. Sed satis exemplorum in re Platonis lectoribus minime ignota. Stalb.

§. 130. ἐν δὴ ταῖς χειροτεχνικαῖς] Ante hæc verba dubitari non potest, quin particula aliqua disputationis sive brevior sive longior interierit. Nam quum verbis prægressis artes divisæ sint in δημιουργικὰς et in eas, quæ ad παιδείαν καὶ τροφὴν pertineant, qui tandem fit, ut nunc repente de artibus χειροτεχνικαῖς agatur, earum vero, quæ ad παιδείαν spectare dicuntur, nulla prorsus fiat a reliquis separatio? Quid? quod in sequenti disputatione in χειροτεχνικαῖς etiam commemorantur ἰατρική, καὶ γεωργία καὶ μουσικὴ καὶ κυβερνητικὴ καὶ στρατηγητικὴ quatenus eæ usu et exercitatione sensuum nitantur. Quas artes omnes quis dubitare audebit, quin ab auctore ad τὰς περὶ τροφὴν καὶ παιδείαν referri debuerint? Nam illud quidem non vereor, ne quis ea, quæ mox de philosophia, tanquam reliquarum scientiarum omnium matre ac gubernatrice, exponuntur, huc revocare studeat, quam nemo quisquam unquam τὴν περὶ τροφὴν καὶ παιδείαν ἐπιστήμην a Platone vocatam esse docuerit. Neque vero Socrates istam de artium discrimine disputationem tam negligenter et sine ratione instituere potuit, qui antea de speciebus in unaquaque quæstione, sapienter quidem instituta, caute et accurate investigandis tam sollerter præceperit. Quæ quum ita sint, nullus dubito, quin me non sine idonea caussa ante οὐκοῦν plura intercidisse statuere concessuri sint omnes, qui loci rationes bene perspexerint. Hoc autem loco ut lacunam esse sumam, quum alia faciunt, tum etiam hoc, quod verba ἐν δὴ ταῖς χειροτεχνικαῖς, sic statim ab initio posita, nihil habent, quorsum referantur. Quodsi vero quærimus, quid in deperdita ista colloquii parte probabiliter tractatum fuerit; sequentia, etsi non disertum rei indicium faciunt, tamen hoc certe ostendunt, artes δημιουργικὰς et eas, quæ ad educationem spectare dicuntur, rursus divisas fuisse in plures alias partes quarum aliæ χειροτεχνικαὶ judicatæ esse videntur, aliæ non χειροτεχνικαί. Ac has quidem postquam a ceteris distinxerat, videtur eas in una posuisse philosophia, de qua, quum breviter monitum esset, uberior quæstio rejecta est in finem totius de artibus disputationis. Quæ si recte a nobis conjectata sunt; judicari etiam licebit de eo, utrum major an minor colloquii pars perierit. Nam sane hæc res non paucis tantummodo verbis declarari poterat, sed copiosiore disputatione indigebat. Ceterum non possum non hac occasione oblata profiteri, mihi semper omnes Platonis codd. quorum quidem hodie notitiam aliquam accepimus, ex uno aliquo fonte fluxisse unamque familiam constituere visos esse. Qui quamvis in litteris, syllabis, apicibus multum interdum discrepant, tamen ubi graviores corruptelæ aut lacunæ, quarum multo major numerus olim reperietur, quam fortasse existimabant, qui verbis inhærentes res ipsas negligere solent, deprehenduntur, tam amice inter se conspirent, ut omnes eodem parente natos esse vix possis dubitare. Quanquam hic quoque e stirpe vitiosa vitiosior proles exiit. Certius hac de re olim judicare licebit, ubi Imm. Bekkerus, vir de Platone jam

τρῶτα εἰ τὸ μὲν ἐπιστήμης αὐτῶν μᾶλλον ἐχόμενον, τὸ δὲ ἧττον ἔνι, καὶ δεῖ[f] τὰ μὲν ὡς καθαρώτατα νομίζειν, τὰ δ' ὡς ἀκαθαρτότερα.[g]

ΠΡΩ. Οὐκοῦν χρή.

ΣΩ. Τὰς τοίνυν ἡγεμονικὰς διαληπτέον ἑκάστων αὐτῶν χωρίς;

ΠΡΩ. Ποίας καὶ πῶς;

ΣΩ. Οἷον πασῶν που τεχνῶν ἄν τις ἀριθμητικὴν χωρίζῃ καὶ μετρητικὴν[h] καὶ στατικήν,[i] ὡς ἔπος εἰπεῖν φαῦλον τὸ καταλειπόμενον ἑκάστης ἂν γίγνοιτο.

CEF, τε pr Π.—[a] καὶ ΧΔΠ : ἢ °ς.—[f] δὴ ΧΔΠ.—[g] ἀκαθαρτότατα ΠEs.—[h] μερικὴν

nunc immortaliter meritus, copias, dudum, ut audio, paratas, tandem publici juris fecerit. Paene oblitus essem addere, Sydenhamum pro ἐν δὴ χειροτεχνικαῖς tentasse ἐν δὴ χειροτεχνίαις. Male. Cfr. de Republ. ix. p. 590. B. Βανανσία δὲ καὶ χειροτεχνία διὰ τί, εἶεν, ὄνειδος φέρει; Stalb.

τὸ δὲ ἧττόν ἐστι] Ita de certa Schleiermacheri conjectura dedi. Vulgo ἧττον ἔνι, quod ferri non potest. Neque enim verba cohaerent ita: ἔνι ταῖς χειροτεχνικαῖς κ. τ. λ. sed potius hunc modo: εἰ τὸ μὲν αὐτῶν—ἐπιστήμης μᾶλλον ἐχόμενόν ἐστι. Intelligit vero ἐπιστήμην scientiam e rerum οὐσίᾳ depromtam. Cfr. de Republ. vii. p. 534. A. Alcinous doctr. Platon. p. 340. Ὁ (λόγος) περὶ τὰ νοητὰ ἐπιστήμη τό ἐστι καὶ ἐπιστημονικὸς λόγος, ὁ δὲ (ita leg. pro vulg. τε) περὶ τὰ αἰσθητὰ δοξαστικός τε καὶ δόξα.—ἐπιστήμης τῆς περὶ τὰ νοητὰ καὶ δόξης τῆς περὶ τὰ αἰσθητὰ ἀρχαὶ νόησίς τε καὶ αἴσθησις. Stalb.

καὶ δεῖ τὰ μέν] Sc. τὰ τῆς ἐπιστήμης ἐχόμενα. Mori νομίζειν ὡς καθαρώτατα est pro purissimis habere, usu satis trito. Supplendum erat. Cfr. Heind. ad Sophist. p. 409. Monui propter Fischerum, qui Bas. 2. lectionem ὡς ἀκαθαρτότερα, quam Bekk. etiam recepit, propterea damnavit, quoniam particula ὡς jungi sibi velit superlativum. Etiam Firmus comparativum habuit. Vertit enim: aliquid impurissimum, impurius aliquid arbitrari. Abi, ὡς ἀκαθαρτότατα. Fateor tamen, vulgatam lectionem mihi non genuinam videri. Quaeritur enim, εἰ τὸ μὲν μᾶλλον ἐχόμενόν ἐστι ἐπιστήμης, τὸ δὲ οὔ. Quare vix dubito, quin reponi debeat: καὶ δεῖ τὰ μὲν ὡς καθαρώτερα νομίζειν, τὰ δὲ ὡς ἀκαθαρτότερα. Stalb.

ἑκάστην] De Stephani conjectura dedi τὰς—ἑκάστην pro vulgat. ἑκάστων. de Republ. i. p. 346. D. καὶ αἱ ἄλλαι πᾶσαι (τέχναι) οὗτω τὸ ἑαυτῆς ἑκάστη ἔργον ἐργάζεται. cfr. Heind. ad Gorg. §. 127. et Matth. Gr. Gr. §. 301. A. not. Vulgata lectio sensum pervertit.—Segregandas autem a χειροτεχνικαῖς universe dictis censet ἡγεμονικὰς τέχνας h. e. eas, quibus reliquae omnes veluti fundamento nitantur, ita ut, iis sublatis, nihil retineant nisi aliquam probabilitatis et verisimilitudinis speciem, sollertia quadam sensuum effectam, (ἐμπειρίᾳ καὶ τριβῇ) sed omni certa ratione destitutam. De ἐμπειρίᾳ καὶ τριβῇ saepenumero conjuncta cfr. infr. c. 54. εἰ μέλλεις μὴ τριβῇ μόνον καὶ ἐμπειρίᾳ. ἀλλὰ τέχνῃ ἰήσεσθαι καὶ ῥᾴμην ἐμποιήσειν. Gorg. p. 464. E. τοῦτο γὰρ πρός σε λέγω, ὅτι τοῦ ἡδέος στοχάζεται ἄνευ τοῦ βελτίστου· τέχνην δὲ αὐτὴν οὐ φημὶ εἶναι, ἀλλ' ἐμπειρίαν, ὅτι οὐκ ἔχει λόγον οὐδένα, ᾧ προσφέρει, ἃ προσφέρει, ἀσοία ἔστιν τὴν φύσιν ἐστίν. ibid. p. 501. A. ἡ δὲ ἑτέρα τῆς ἡδυτῆς—κομιδῇ ἀτέχνως ἐπ' αὐτὴν ἔρχεται, οὔτε τι τὴν φύσιν σκεψαμένη τῆς ἡδονῆς οὔτε τὴν αἰτίαν, ἄλογός τε παντάπασιν, ὡς ἔπος εἰπεῖν, οὐδὲν διαριθμησαμένη τριβὴ καὶ ἐμπειρία. Legg. ix. p. 857. Refert autem ad ἡγεμονικὰς artes eas, quae, quoniam instrumentorum et mensurarum ope utantur, reliquis longe certiores sint, veluti ἀριθμητική, μετρητική et στατική, de quibus mox accuratius exponitur. Stalb.

ΠΡΩ. Φαῦλον μὲν δή.[k]

ΣΩ. Τὸ γοῦν μετὰ ταῦτ' εἰκάζειν λείποιτ' ἂν καὶ τὰς αἰσθήσεις καταμελετᾶν ἐμπειρίᾳ καί τινι τριβῇ, ταῖς τῆς στοχαστικῆς προσχρωμένους δυνάμεσιν, ἃς πολλοὶ τέχνας
11. 86. ἐπονομάζουσι, μελέτῃ καὶ πόνῳ τὴν ῥώμην ἀπειργασμένας.[l]

ΠΡΩ. Ἀναγκαιότατα λέγεις.

§. 131. ΣΩ. Οὐκοῦν μεστὴ μέν που μουσικὴ πρῶτον,
11. iii. 229. τὸ ξύμφωνον ἁρμόττουσά οὐ μέτρῳ ἀλλὰ μελέτης στοχασμῷ· καὶ ξύμπασα αὐτῆς[m] αὐλητική,[n] τὸ μέτρον ἑκάστης

Λ.—[j] στοχαστικὴν mg H.—[j] τὸ om pr ΔΠ.—[k] μὲν δή ΑΓΔΛΠΣΒCHιω: μέντοι °τ. —[l] ἀπειργασμένας ΑΓΔΛΞΠΒCHιω: ἀπειργασμένους °σ.—[m] αὐτῶν ΔΗ.—[n] αὐλη-

φαῦλον μέντοι] Bekk. dedit φαῦλον μὲν δή, quod minus rectum videtur. De particula μέντοι in affirmationibus usurpari consueta jam supra monui. STALB.

τὸ γοῦν μετὰ ταῦτ'—ἀπειργασμένας] Plura vulgo turbata leguntur. Ficinus vertit: *residuum quippe imaginatione quadam ac sensuum experientia et exercitatione conjecturisque incederet, quas plerique artes vocant, cura et labore vim adeptas.* Ex hac versione primo ἀπειργασμένας cum Schleiermachero rescripsimus. Vulgo ἀπειργασμένους. Deinde οἱ πολλοὶ dedimus, quanquam editi, omnes articulum omittunt. Vulgus enim hisce rebus omnem artis ambitum contineri arbitratur, neque vero viri prudentes et sapientes. Ceterum ne quis προσχρωμένους in προσχρωμένοις mutandum censeat, quod cohæreat cum λείποιτ' ἄν, accusativus utique ferendus. STALB.

§. 131. οὐκοῦν μεστὴ μέν που μουσικὴ] Non dubito, quin hic quoque aliquid a librariis turbatum sit, quamvis summa est librorum editorum consensio. Nam offendit magnopere quod voc. μεστὴ sic nude ponitur. Quid exciderit, non ausim definire; quanquam, si Ficini est in talibus locis aliqua auctoritas, ex hujus versione: *annon ubi musica iis plena est, concentum primo contemperat*, pronomen αὐτῶν hic excidisse conjicias. Fortasse etiam in voc. πρῶτον latet vitium, quod sive mecum ad οὐκοῦν—μουσικὴ trahas, sive cum aliis ad sequentia τὸ ξύμφωνον μελέτης στοχασμῷ referas, utroque modo oratio asperi quid et inconcinni habebit, quanquam ea, quam nos invimus, ratio alteri longe præferenda. STALB.

τὸ ξύμφωνον] I. e. τὴν ξυμφωνίαν.—μελέτης στοχασμὸς, paullo rariore structura, significat *conjiciendi sollertiam per exercitationem partam*, ut adeo genitivus caussam efficientem indicet. STALB.

ξύμπ. αὖ πληκτική] Novæ occurrunt difficultates. Nam pro ξύμπασα αὖ πληκτική, quod ex Heusdii correctione reposui, Ald. Bas. 1. 2. Steph. Bekk. cett. habent ξύμπασα αὐτῆς αὐλητική. Venim quid chordæ cum re tibiaria habeant commune, nemo dixerit, nisi quis (ut sunt lepida interdum hominum capita) veteres musicos chordas etiam inflasse opinetur. Præclaram Heusdii emendationem confirmat versio Ficini: *et universa ejus pulsandi facultas.* Verum enim ne sic quidem omnis huic loco exemta est dubitandi materies. Nam vide mihi, an sapienti scriptori ita loqui liceat: *plena est illis musica ars, primum harmoniam non mensura efficiens, sed conjectura; et omnis rursus fidium pulsandarum scientia.* Quasi vero quis universo generi, *musicæ*, singularem aliquam ejus speciem πληκτικὴν sic addere possit sine risu et indignatione lectorum! Quare, quod supra jam suspicatus sum, πρῶτον illud non habere, quorsum idonea ratione referatur, id nunc alia etiam de caussa contendo. Videtur enim post μουσικὴ aliquid excidisse, in quo artis illius alia quædam species tractabatur. Veluti si olim fuisse statuas: οὐκοῦν μεστὴ μέν που μουσικὴ (στοχασμοῦ s. ἐμπειρίας καὶ τριβῆς)· πρῶτον μὲν αὐλητική, τὸ ξύμφωνον ἁρμόττουσα οὐ μέτρῳ, ἀλλὰ μελέτης στοχασμῷ· καὶ ξύμπασα αὖ πληκτική, τὸ μέτρον κ. τ. λ. Tale quid, opinor, requiritur, quo loco pristina integritas restituatur. Sequentia integra puto, modo ordinem eorum hunc esse putes: τῷ στοχάζεσθαι θηρεύουσα

χορδῆς τῷ στοχάζεσθαι φερομένης[o] θηρεύουσα, ὥστε πολὺ μεμιγμένον ἔχειν τὸ μὴ σαφές, σμικρὸν δὲ τὸ βέβαιον.

ΠΡΩ. Ἀληθέστατα.

ΣΩ. Καὶ μὴν ἰατρικήν τε καὶ γεωργίαν καὶ κυβερνητικὴν καὶ στρατηγικὴν[p] ὡσαύτως εὑρήσομεν ἐχούσας.

ΠΡΩ. Καὶ πάνυ γε.

ΣΩ. Τεκτονικὴν δέ γε, οἶμαι, πλείστοις μέτροις τε καὶ ὀργάνοις χρωμένην, τὰ πολλὴν ἀκρίβειαν αὐτῇ πορίζοντα τεχνικωτέραν τῶν πολλῶν[q] ἐπιστημῶν παρέχεται.

ΠΡΩ. Πῇ;

ΣΩ. Κατά τε ναυτηγίαν καὶ κατ' οἰκοδομίαν καὶ ἐν πολλοῖς[r] ἄλλοις τῆς ξυλουργικῆς. κανόνι γάρ, οἶμαι, καὶ τόρνῳ χρῆται καὶ διαβήτῃ[s] καὶ στάθμῃ καί τινι προσαγωγίῳ[t] κικομψευμένῳ.

τικὴ καὶ κιθαριστικὴ τὸ τε Σ.—[o] θηρευούσης Π.—[p] στρατηγητικὴν τ.—[q] πάλαι Λ. —[r] τοῖς Η.—[s] διαβήτι ΞF.—[t] προσαγωγείῳ ΧΔΠ, προσαγωγίῳ Σ, προαγωγίᾳ Η:

τὸ μέτρον ἑκάστης χορδῆς φερομένης. Stall.

ἃ πολλὴν ἀκρίβειαν] Edit. omnes τὰ πολλὴν ἀκρίβειαν, quo perturbatur verborum ordo. Schützius scribi jubebat ταῦτα πολλὴν ἀκρίβειαν. Ego lenissima mutatione ἃ πολλὴν ἀκρίβειαν, quod Heind. quoque conjecerat. Nempe ad τεκτονικὴν χρωμένην ex antecedentibus reputandum εὑρήσομεν. Sensus hic est: *architecturam vero inveniemus multis utentem instrumentis, ut amussi, regula, circino, perpendiculo, quæ efficiunt, ut ea multam habeat accurationem atque ad veram artis formam plerisque scientiis propius accedat.* Stall.

τῇ ξυλουργικῇ· κανόνι γάρ] Ficinus legisse videtur, ξυλουργικὴν κανόνι οἶμαι. —Vertit enim: *multisque aliis ad lignarium fabrum quadrimodo pertinentibus utitur amussi* etc. Male. Stall.

διαβήτῃ] Hesych. Διαβάτην· ὄργανόν τι τεκτονικόν. Sed lege delet διαβήτης, ut intelligatur ex hac glossa: σταφυλὴ ὁ διαβήτης, ἀπὸ μέρους. Nam etsi Ficinus vocabulum διαβήτης vertit *circinus*: etsi non ignoto, διαβήτην vocari *circinum*: tamen hoc loco certum videtur intelligi *libellæ* eam partem, quæ *groma* vocatur. Sequitur enim στάθμη h. e. *perpendiculum*. Figura ejus extat in notis Pinandri ad Vitruv. vii. 3. p. 367. Fischer.

διαβήτῃ] διαβήτης h. l. non est *circinus*, ut alibi. cfr. Beck. ad Aristoph. Av. 1001. Scholiast. ad Nub. 178. sed potius *libella* (*die Bleiwage der Zimmerleute*). Sequitur enim στάθμη, *perpendiculum*, de quo vid. intptt. Vitruvii vii. 3. Schol. Aristoph. Ran. 800. διαβήτης· σταφυλή· ὅπερ ἐστὶν ὄνομα παρὰ τοῖς ἀρχιτέκτοσιν ἐπὶ καθεμένης μολύβδου τιθέμενον. Schol. Homeri ad Iliad. iii. 765. Cfr. Valck. ad Eurip. Hipp. 468. Stall.

στάθμῃ] Hesych. Στάθμη· σφάρτος, ἐν ᾧ ἀπορροῦσιν οἱ τέκτονες—ἢ κανών, καὶ τὸ ἐν τῷ διαβήματι μολυβοῦν σκεῦος—. Alio comparato appellatur σταφυλή. Hesych. Σταφυλή· ὁ διαβήτης, ἀπὸ μέρους· ἐπεὶ σταφυλὴ καταχρηστικῶς ἐλέγετο ἡ τοῦ διαβήτου μέση κρεμαστὴ μολυβίς—. Fischer.

προσαγώγιον] Ald. Bas. 1. 2. male προσαγώγιον, quod Fisch. et Rulnken. ad Tim. Lex. p. 155. correxerunt. Schol. ad h. l. τεκτονικὸν ὄργανον, ὃ προσάγοντες εὐθύνουσι τὰ στρεβλὰ ξύλα. Suid. Προσαγώγιον· τὸ τῶν τεκτόνων ὄργανον, ὃ προσάγοντες εὐθύνουσι τὰ στρεβλὰ ξύλα. Hesych. Προσαγώγιον· διαβήτης, ἢ τὸ τῶν τεκτόνων ὄργανον. Dicitur hoc instrumentum κεκαμψευμένον h. e. *scite factum, bene elaboratum*. Eustath. καμψάσεων εὖ κεκαμψεύσεως, apud Platonem non solum de sermone artificio et ad ama-

ΠΡΩ. Καὶ πάνυ γε, ὦ Σώκρατες, ὀρθῶς λέγεις.

§. 132. ΣΩ. Θῶμεν τοίνυν διχῇ τὰς λεγομένας τέχνας, τὰς μὲν μουσικῇ ξυνεπομένας ἐν τοῖς ἔργοις ἐλάττονος ἀκριβείας μετισχούσας,[q] τὰς[r] δὲ τεκτονικῇ πλείονος.

ΠΡΩ. Κείσθω.

II. iii. 230. ΣΩ. Τούτων δὲ ταύτας ἀκριβεστάτας εἶναι[w] τέχνας, ἃς[x] νῦν δὴ[y] πρώτας[z] εἴπομεν.[a]

ΠΡΩ. Ἀριθμητικὴν φαίνει[b] μοι λέγειν καὶ ὅσας[c] μετὰ ταύτης τέχνας ἐφθέγξω νῦν δή.

ΣΩ. Πάνυ μὲν οὖν. ἀλλ', ὦ Πρώταρχε, ἆρ' οὐ διττὰς αὖ καὶ ταύτας λεκτέον; ἢ πῶς;

ΠΡΩ. Ποίας δὴ λέγεις;

ΣΩ. Ἀριθμητικὴν[d] πρῶτον ἆρ' οὐκ ἄλλην μέν τινα τὴν τῶν πολλῶν φατέον, ἄλλην δ' αὖ τὴν τῶν φιλοσοφούντων;

ΠΡΩ. Πῇ ποτὲ διορισάμενος οὖν ἄλλην, τὴν δὲ ἄλλην θείη τις ἂν ἀριθμητικήν;

προαγωγίῳ °s.—[q] μετεχούσας is.—[r] τὰ Α.—[w] εἶναι om Γ.—[x] ἃς om ΑΠ et pr Δ.—[y] νῦν δὴ ΑΔΠ : δὴ νῦν °s.—[z] πρῶτον Σ.—[a] εἴπωμεν pr Δ, εἴποιμεν ΑΠ.—[b] φαί

mos capiendos apto usurpatur, sed etiam de rebus sollerter et artificiose factis; est igitur omnino scite et eleganter aliquid effingere, quo te jactes et efferas. Cfr. κεκομψευμένην adnotationem Ruhnkenii ad Tim. p. 154. Stalb.

§. 132. θῶμεν δὴ διχῇ] Dupliciter dividit artes, prouti eæ vel minus ad certam rationem accedant, vel magis illam assequantur. Et his quidem longe certiores esse dicit eas, quas antea πρώτας h. e. ἡγεμονικὰς appellaverit. Ad ἀκριβεστάτας εἶναι supplendum e prægressis λέγωμεν s. θῶμεν.—Mox φθέγγεσθαι rursus pro λέγειν ponitur. Stalb.

ἀριθμητικὴν] Dividit nunc has ipsas artes ἡγεμονικὰς in duas partes, quarum altera sit τῶν πολλῶν, altera τῶν φιλοσοφούντων. Pertinet huc aliqua ex parte locus Politici p. 258. D. ἆρ' οὖν οὐκ ἀριθμητικὴ μὲν καί τινες ἕτεραι ταύτῃ ξυγγενεῖς τέχναι ψιλαὶ τῶν πράξεών εἰσι, τὸ δὲ γνῶναι παρέχονται μόνον; ΞΟΚ. Ἔστιν οὕτως. ΞΕ. Αἱ δέ γε περὶ τεκτονικὴν αὖ καὶ ξύμπασαν χειρουργίαν ὅσπερ ἐν ταῖς πράξεσιν ἐνοῦσαν ξύμφυτον τὴν ἐπιστήμην κέκτηνται, καὶ ξυναποτελοῦσι τὰ γιγνόμενα ὑπ' αὐτῶν σώματα, πρότερον οὐκ ὄντα. ΞΟΚ. Τί μήν; ΞΕ. Ταύτῃ τοίνυν ξύμπασας ἐπιστήμας διαιρεῖ, τὴν μὲν πρακτικὴν προσειπών, τὴν δὲ μόνον γνωστικήν. Quod autem οἱ πολλοὶ et οἱ φιλοσοφοῦντες sibi invicem opponuntur, φιλοσοφεῖν dicuntur omnes ii, qui subtilius et certa ratione in alicujus rei exploratione et tractatione versantur. Verbi usum satis illustrarunt Morus ad Isocrat. Panegyr. p. 7. ed. Spohn. Heusdius in Cornelii Anne den Tex Dissertat. de vi musices ad excolendum hominem e sententia Platonis. Trajecti 1816. 8. p. 110. sq. coll. Budæi Commentar. Ling. Gr. p. 1072. Stalb.

ἄλλην] Steph. ' For. τὴν μὲν ἄλλην. Talis autem videtur esse omissio, cum alibi, tum supra p. 26.' bene. Locus est §. 21. ψευδεῖς, αἱ δ' ἀληθεῖς—. Ficinus legisse videtur ἄλλην καὶ ἄλλην. vertit enim, *Quanam ratione quis partiens aliam atque aliam arithmeticam asseret?* At quum Plato etiam alibi ante ὁ δὲ omittere soleat ὁ μέν nihil mutandum censeo. Fisch.

ἄλλην, τὴν δὲ ἄλλην] Notabis dictionem pro τὴν μὲν ἄλλην, τὴν δὲ ἄλλην, de quo jam supra monui. Ficinus legisse videtur ἄλλην καὶ ἄλλην. Vertit enim: *quanam ratione quis partiens aliam*

ΣΩ. Οὐ σμικρὸς ὅρος, ὦ Πρώταρχε. οἱ μὲν γάρ που μονάδας[e] ἀνίσους καταριθμοῦνται τῶν περὶ ἀριθμόν,[f] οἷον στρατόπεδα δύο καὶ βοῦς δύο καὶ δύο τὰ σμικρότατα ἢ καὶ τὰ[g] πάντων μέγιστα· οἱ δ' οὐκ ἄν ποτε αὐτοῖς συνακολουθήσειαν, εἰ μὴ μονάδα μονάδος ἑκάστης τῶν μυρίων[h] μηδεμίαν ἄλλην ἄλλης[i] διαφέρουσάν τις[j] θήσει.

ΠΡΩ. Καὶ μάλα γ'[k] εὖ λέγεις οὐ σμικρὰν διαφορὰν τῶν περὶ ἀριθμὸν[l] τευταζόντων,[m] ὥστε λόγον ἴσχειν δύ'[n] αὐτὰς εἶναι.

§. 133. ΣΩ. Τί δὲ λογιστικὴ[o] καὶ μετρητικὴ[p] ἡ[q] κα-

as

rei ΧΓ.—[e] ὅσα C.—[d] ἀριθμητικὴν F, ἀριθμητικὴν μὲν Γ.—[e] μονάδος Ε.—[f] ἀριθμοῦ Γ.—[g] τὰ om F et pr Ξ.—[h] μυρίων ΔΠ: μορίων Σ.—[i] ἄλην Γ.—[j] τι Χ et pr ΔΠ.

τεν

—[k] γ' add Δ.—[l] ἀσθμὸν ιν.—[m] ἑταζόντων corr Δ, ταξάντων γρ Δ, ξόντων Γ.—[n] δύ' Γ, δι' ΔΠ.—[o] λογικὴ Λ.—[p] μετρικὴ Λτ.—[q] ἡ add rc Σ.—[r] καὶ κατὰ Λ.—

*atque aliam arithmeticam asseret.* Male. —*οὐ σμικρὸς ὅρος non parvum inter utrumque discrimen obtinet.* Hanc enim explicationem sequens Protarchi responsio postulat. Malim tamen *οὐ σμικρὸς ὁ ὅρος.* Stalb.

*μονάδας*] Intelliguntur hic sensu arithmetico *unitates numericae.* Itaque *ἄνισοι μονάδες* dicuntur *unitates numericae, quae non ex uno aliquo rerum genere repetuntur*; ut si quis duo castra et duo boves numeret, aut unius turris et duarum fenestrarum summam computet. Particulam ἢ post *τὰ σμικρότατα* delendam censeo. Perturbat enim sensum ita, ut res non clariot hat exemplo, sed obscurior. Sentiendum videtur: *καὶ δύο τὰ π. μ.* Stalb.

*καὶ μάλα γ' εὖ λέγεις*] Plerumque dicitur *εὖ μάλα*, ut Phaedon. p. 92. D. Sophist. p. 233. D. Xenoph. Econ. xiv. 11. Inverso ordine, ut h. l. legitur Sophist. p. 236. D. de Republ. viii. p. 554. B. Theaetet. p. 156. A. ubi vid. Heind. Copula interjecta Sympos. c. 17. Wolf. *εὖ καὶ μάλ' ἂν φοβοῖο καὶ ἐν πανεὶ εἴης.* Ceterum particulam *γε* e Bekker. dedi. In reliquis deest. Stalb.

*τευταζόντων*] Etymol. M. et Tim. Lex. p. 243. interpretantur per *πραγματεύεσθαι, ἐνδιατρίβειν.* Pollux ix. 137. *καὶ τὸ τευτάζειν παρὰ Πλάτωνι καὶ ἄλλοις εἰρημένον, ἀλλ' οὐ προσίεμαι τοὔνομα.* Schol. ad h. l. *τευταζόντων· πραγματευομένων, ἐπὶ πολὺ διατριβόντων ἐν τῷ αὐτῷ, φροντιζόντων ἢ ἐπιστρεφῶς* [*ἐπιστροφικῶς* Cod. August.] (*ἐπιστροφῶς*) *τι πραττόντων ἢ ἐνεργούντων ἢ σπουδαζόντων. ἅπαντα γὰρ δυνατὸν ἐπὶ τοῦ παρόντος ἐκδεξασθαι. σημαίνει δὲ καὶ τὸ ἡσυχάζοντας καὶ ὅτι τὸ σκευωρουμένων ἢ στραγγευομένων* (Siebenk. στρατευ.) *δ ἐστι σκολιῶς διακειμένων, πρὸς τούτοις καὶ ταυτολογούντων ἢ φλυαρούντων· πολύσημος γὰρ ἡ λέξις ἥδε.* Scholion cod. Palatini apud Creuzer. Mélet. Discipl. Antiq. p. 3. *τευτάζειν, πραγματεύεσθαι ἢ σκαιωρεῖσθαι ἢ στρατεύεσθαι* (sic) *καὶ πολὺ διατρίβειν ἐν τῷ αὐτῷ καὶ σπουδάζειν καὶ τὸ σπουδάζειν· τὸ ἡσυχάζειν· τὸ φλυαρεῖν παρὰ τῷ ψελλῷ, τὸ πλανᾶσθαι.* Adde quae habet Zonar. Lex. p. 726. Photius Lex. p. 408. Stalb.

*ἔστε λόγον ἴσχειν*] *Ut consentaneum sit.* Theaetet. p. 147. D. *θαυμασίως φαίνεται ὡς ἔχειν λόγον καὶ ὑπολητέον, ᾗπερ διελήλυθας.* ubi Heind. laudat de Republ. vi. p. 491. D. *ἔχει δή, οἶμαι, λόγον, τὴν ἀρίστην φύσιν ἐν ἀλλοτριωτέρᾳ οἴσαν τροφῇ πάσιν ἀπαλλάττειν τῆς φαύλης.* Adde de Legg. p. 891. A. al. p. 927. E. Stalb.

*μετρητική*] Omni dubitatione caret, veram esse lectionem, quam cum Schleiermachero et Bekkero restitui *τί δέ*; *λογιστικὴ καὶ μετρητικὴ κ. τ. λ.* Roll. edidit. vitiose *μετρική.* Quae hic propterea non recte commemoratur, quia antea inter *ψιγμοποιὰς τεχνὰς* referebatur *μετρητική.* Nec Ficinus aliter legit,

τὰ[r] τεκτονικὴν[s] καὶ κατ' ἐμπορικὴν τῆς κατὰ φιλοσοφίαν γεωμετρίας τε καὶ λογισμῶν καταμελετωμένων; πότερον ὡς μία ἑκατέρα[t] λεκτέον ἢ δύο τιθῶμεν;

ΠΡΩ. Τοῖς πρόσθ'[u] ἑπόμενος[v] ἔγωγ' ἂν δύο κατὰ τὴν ἐμὴν ψῆφον τιθείην ἑκατέραν τούτων.[w]

ΣΩ. Ὀρθῶς. οὗ[x] δ' ἕνεκα ταῦτα προηνεγκάμελα[y] εἰς τὸ μέσον, ἆρ'[z] ἐννοεῖς;

ΠΡΩ. Ἴσως, ἀλλὰ σὲ βουλοίμην ἂν ἀποφήνασθαι τὸ νῦν ἐρωτώμενον.

ΣΩ. Δοκεῖ τοίνυν[a] ἔμοιγε οὗτος ὁ λόγος οὐχ ἧττον ἢ ὅτε λέγειν αὐτὸν ἠρχόμελα, ταῖς ἡδοναῖς ζητῶν ἀντίστροφον ἐνταῦθα προβεβηκέναι,[b] σκοπῶν[c] ἆρά ἐστί τις ἑτέρας ἄλλη[d] καθαρωτέρα ἐπιστήμης ἐπιστήμη, καθά περ ἡδονῆς ἡδονή.

[r] τρητονικὴν Λ.—[s] ἑκάτερα Γ.—[t] τῆς πρόσθ' Γ: τῇ πρόσθεν [o]γ.—[u] ἑπίμενοι EF. οιν —[v] τούτων Ξ.—[x] οὐ Η.—[y] προσηνεγκάμεθα ΑΔΠ, προσηναγκάμεθα Γ.—[z] ἀρ' Γ. —[a] τὸν νῦν Α.—[b] προβεβηκέναι Schleiermacherus: libri προβεβληκέναι.—[c] σκο-

quam nos. Vertit enim: *Quid vero computandi et dimetiendi secundum architecturam mercaturamve facultas.*— Post μετρητικὴ Ald. Bas. 1. 2. omittunt articulum, quem jussu legum grammaticarum e Bekker. revocavi.—Opponitur hic quoque λογιστικὴ καὶ μετρητικὴ ἡ κατὰ τεκτονικὴν καὶ κατ' ἐμπορικὴν *computandi ac metiendi ars, quæ a fabris lignariis et mercatoribus exercetur*, τῇ κατὰ φιλοσοφίαν γεωμετρίᾳ τε καὶ λογισμοῖς καταμελετωμένοις h. e. *metiendi et computandi disciplinæ certa via ac subtili ratione conditæ*. Itaque illa est τῶν πολλῶν, hæc vero τῶν φιλοσοφούντων. Stalb.

τῆς—γεωμετρίας] Steph. 'Hi certo genitivi poscere videntur verbum διαφέρει· quod fortasse reliquit subaudiendum ex præced. nomine διαφοράν.' bene. Fischn.

